



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436







156-a
9

IMAGO
SÆCULI XVII,
AD
ANNUM HUJUS SÆCULI
X. PRODUCTA.

In strenam data D. D.
Sodalibus Marianis
B. VIRGINIS AN.
NUNTIATÆ.


Paderbornæ 1710.



Capucinorum Kanthenfium

Impressa Neuhusii, Typis Episcopalibus,
apud Joannem Theod, Tod, Typog. Aul.

06
LDO
1095



14/9492



EVENTUS MEMO-
rables sæculi decimi
septimi.

ANNUS 1601.

Roma hujus sæculi annum primū celebrem fecit S. Raimundus de Pennafort ex Ordine D. Dominicī, quem Clemens VIII. 29 Aprilis ritu solenni Sanctorū fastis adscripsit.

In Ungariā Albam Regalem Dux Mercurius è domo Lotharingica sub auspiciis Rudolphi Cæsarī vi expugnat, & cum decem millibus quinquaginta Turcarum milia cædit fugatque, occiso in prima acie ipso Duce Nickai Bassā. Obsidionem econtra Canisæ, quæ anno superiori fuerat amissa, post multas molestias & mortem plurimorum solvere cogitur Ferdinandus Archidux, relictis hosti impedimentis & tormentis fere omnibus.

In Hispania nascitur Regis primogenita Anna Maria Mauritia 22 Septembris; & in

A

Gal-

Gallia Delphinus Ludovicus 27 ejusdem mensis, cui recens nato pater Henricus IV. capulum gladii inseruit dexteræ, precatus, ut eo ad Dei gloriam & Ecclesiæ utilitatem uteretur.

Carolus Dux Sudermanniae patruus Sigismundi Regis Poloniæ & Sueciæ à statibus regni Suecici in Regem elititur, perfidus à perfidis, hæreticus ab hæreticis.

In Anglia Robertus Comes Essexius Reginæ Elisabethæ gratiâ excidit, & conjurationis factus reus, sub ferro carnificis vitam ponit;

Impostor quidam Regem Sebastianum dudum in Africa à barbaris cæsum se esse mentitus, turbat Lusitaniam, & in varias factiones optimates distrahit.

Eodem anno ineunte Julio obsidione cingit Ostendam urbē Flandriæ fœderatæ maritimam Albertus Archi-Dux, sed non nisi post triennium expugnandam.

ANNUS 1602.

Romæ damnatur opinio quorundam Theologorum, qui putabant pœnitentem absentem per litteras peccata sua confessum absolvī posse; Ibidem controversia

11

Si a de auxiliis Divinæ gratiæ pridem exortæ
inter PP. Societatis Jesu, & PP. Dominica-
nos, magno utrinq; animorum & ingenio-
rum ardore hoc anno agitatur eoram Pon-
tifice & Cardinalibus.

In Æthiopia multum promota res Catho-
lica à P. Paëz Soc. Jesu; In aula Imperato-
ris, cum deficeret pulpitum, jussus est ex
throno verba facere, sedente interim in sca-
bello humili, & magna attentione audiente
dicentem ipso Imperatore.

In Belgio Ostendæ obsidio magna utri-
usque partis contentione protrahitur; Mau-
ritius Batavorum Archi-Strategus Graviam
mente Septembri ditione accipit.

Alba Regalis in Ungaria Præsidiariorum
ignavia iterum amittitur; Buda à Christia-
no exercitu frustra tentatur; Expugnatur
tamen Pæstum Budæ oppositum.

In Transylvania Georgius Basta Cæsaris
supremus Dux rem feliciter gerit contra re-
belles,

In Gallia fit ludus fortunæ Carolus Gon-
taldus, Dux Brionius, Par & Mareschallus
Franciæ, & publica morte inter manus car-
nificis perduellionem luit; Edictum quoq;
in duella promulgatur, quibus intra paucos

4 *Eventus memorabiles*

menses quatuor virorum nobilium millia
cæsa esse terebantur.

Annus 1603.

IN Hispania fatis decedit Maria Caroli V.
filia, Philippi II. Regis Hispanæ soror,
Maximiliani II. Imperatoris Conjunx, Ru-
dolphi II. & Matthiæ Imperatorum mater,
anno ætatis 75. ineritis tamen quam annis
gravior.

Huic ætate propè par sed dissimilis vitâ
extinguitur anno eodem Elisabetha Regina
Angliæ, ex mortore, ut creditum, quod se à
suis despectam videret, annis alioquin satu-
ra, & sanguine Sacerdotum, quibus aditum
in Angliam frustra prohibere conata erat ;
Elisabethæ succedit Rex Jacobus Scotiæ ;
ejus nominis sextus, Angliæ primus, Paren-
tis Catholici, & matri etiam Martyris [Ma-
riæ Stuartæ] filius hæreticus. A Ministris
Calvinianis in Conventu Londini celebra-
to primatus Ecclesiæ Regi confirmatur.

In Ungaria exercitus Cæsaris Duce Col-
lonitio Turcas prælioprofligat, & Hatua-
num recipit ; In Transylvania Rebellium
caput, Moyses, natione Siculus, à Basta &
Radulio Walachiaæ Regulo rursus supera-
tur,

Sæculi decimi septimi.

5

tur, & cum præcipua Transylvaniæ nobilitate occiditur.

Constantinopoli peste extinguitur Mahometes Turcarum Imperator, cum paulò ante suspicione insidiarum uxorem aquis, filium majorem laqueo suffocasset.

In Belgio occumbit Fridericus Spinola Genuensis, maris illius Præfectus, dum Battavos Ostenda prohibere conatur. Ab Ambrofio Spinola, Friderici fratre, Ostenda atque premitur.

Societas Jesu postliminio in Franciam reducitur, emendante suâ justitia Henrico, quod nimio aliorum studio peccatum fuerat. Cotonius præterea unus è Sociis in intimum pectus Regis admittitur, cui, fremente licet invidia, tam diu placuit, quam diu vixit.

Annus 1604.

Cedit tandem post mensium 39. Obsidianem ardentissimam 21. Septembr. Ostenda virtuti Spinolæ; periérunt in Urbe triennio ferro & morbis septuaginta duo hominum millia supra nongentos; Par, si non major, fuit cœsorum numerus in castis, sumptustales, quibus regna emissent

A 3

Hif-

Hispani. Ostendam rependit Mauritius Insulâ Cassanda, Isendicâ, & Slufâ in Flandria. Albertus Archi dux pacem init cum novo Rege Angliae; cum eodem fœdus san-
cit Philippus Rex Hispaniæ. Summa fœ-
deris, ut libera genti utriusque commercia, &
Anglus Hollandos non juvaret.

Pestum in Ungaria à Christianis ante bi-
enniū captum in Turcarū reddit potestatem;
Rex Persarum Babylonem & Ægyptum
invadit, Turcas fundit, & Taurim Persarum
olim regiam recipit.

Carolo Sueco ejusque hæredibus mas-
culis, abdicato Sigismundi nepote, publico
Ordinum Sueciæ decreto, Regnum confir-
matur.

Ordo Sanctorum à Beata Virgine
annunciatâ instituitur.

Flexiæ in Gallia assignavit PP. Soc. Jesu
Palatium Ducum Vindocinensium pro
Collegio Rex Henricus, decrevitque, ut in
eodem, in quo fuisset natus, humaretur par-
te sui meliore, corde nimirum suo, & Regi-
næ Conjugis, illustri amoris testimonio erga
innocentes.

ANNUS 1605.

R Omæ 3. Martii vitam cum Laude &
Fama

Sæculi decimi Septimi.

7

Fama Sanctitatis claudit Clemens VIII. Pontifex maximus magnis rebus præter virtutes privatas celebris; maximè, quod Henricum adscripsit Ecclesiæ, Ferrariam verò Romanæ Sedi. Successorem accipit Calendis Aprilis ex Familia Medicea Cardinalem Alexandrum Florentiæ Archi-Episcopum, qui nomen assumpsit Leonis XI. Orbi Christiano ostensum potius, quam concessum. Post dies enim Imperii 27, ex morbo ipso Pompæ solennis die contracto consumptus vacuam sedem reliquit Camillo Burghesio Senensi, qui se Paulum V. dixit, uti vitâ diuturnior, ita & rebus gestis pro Deo & Ecclesia clarior.

Turbæ novæ in Ungaria. Seditiosi Ungari ob non soluta stipendia Imperia Baſtæ detrectant, & Moraviam vicinasque provincias miserè devastant. Stephanus Boz- kajus nobilis Hungarus, sed pessimus Zvvinglianus, auxilio Turcarum magnam Transylvaniæ partem occupat, & Catholicos dirè persequitur. Strigonium amittitur.

Carolus, qui se Regem Sueciæ dicebat ad Rigam Livoniæ à Polonis magna suorum clade profligatur.

In India Orientali Rex Serrælænæ ejus-

A 4

que

que duo Fratres ac quatuor liberi baptizantur à P. Balthasare Barreira Soc. Jesu.

Horrenda solis defectio mense Octobri.

In Belgio spinola tum per se, tum per Ducem Buquojum egregiè rem fidei, & Alberti Archi-Ducis contra Mauritium promovet.

In Anglia præsenti periculo Rex servatus cuniculo subter locum comitiorum ducto, quo ipse, cunctique proceres nitrato pulvere periissent, nisi sub ipsum penè rei gerendæ articulum delatæ insidiæ discrimen discussissent. Sævitum inde crudeliter in catholicos, & multi etiam innocentes suppliциis immanibus affecti, Hæresi Neroniana sæcula renovante.

Illustris fuit mors Henrici Garneti Soc. Jesu Sacerdotis etiam prodigiis; nam gutta Sanguinis ex dissecto corpore decidens in spicam tritici veram Henrici effigiem depinxit cum corona & cruce. Cultus inde à plerisque pro Martyre, quem tanto miraculo Deus ipse depinxisset; causa mortis, quod conspirationem pulverariam cognitam in confessione non detexerit prohibitus Sigillo.

ANNVS 1606.

IN Italia civile exoritur incendium inter

Saculi decimi septimi.

Pontificem & Venetos, illo jus Ecclesiasticum vindicante, ipsis politicum, brevi tamen flamma restincta à seqvestro pacis Rege Christianissimo, omnibus in integrum restitutis, præter PP. Societatis JESU, quibus primum in Pontificem obsequium Venetiis stetit.

Eorum tamen doctrina de auxiliis gratiæ & libero arbitrio à Pontifice pronuntiata est Orthodoxa, & immunis ab erroribus, vetitumque sententiam alterutram insimulare Hæreseos.

In Moscovia Dux Demetrius à furentibus Russis in frusta concisus; Causam fætori dedisse ferunt, quod in officiis populares præteriret, exteros foveret, nec à Romana fide abhorreret.

In Polonia Rex Sigismundus perduelles heterodoxos compescit, armisque sibi Regnum firmat.

Sanciuntur vicennales Induciæ cum Turcis, Bozkajo & Liberis ejus masculis conceditur jure hæreditario Transylvania.

In Belgio moritur Justus Lipsius vir literaturæ insignis, qui vel in ipsa Antiquitate, quam è rudèribus evolvit, antiquissimam futuris sæculis nactus est memoriam.

ANNVS 1607.

PAULUS pontifex auditio felici progressu Ecclesiæ S. Thomæ in India Orientali n Urbe Cranganore Sedem Archi Episcopalem instituit.

Ut de Pace in Belgio inter Archi-Ducem & Batavos tractari possit, cogitur Archi-Dux statibus concedere, se cum illis ita acturum, ut cum Republica libera, eâque conditione fiunt, mense Aprili, Induciae octo mensium, in quibus de pace ageretur.

Moritur Bozkajus in Transylvaniam sine hærede masculo non sine suscipione veneni, in obitu Transylvanos & Hungatos ad obsequium hortatus Imperatoris, quare Hungarimox coronam Hungaricam Rudolpho restituunt. Sed electus in Bozkaji locum absque assensu Cæsaris Sigismundus Ragozius, hæreticus Calvinianus omnia rursum invertit.

Exurgentes rursum in Polonia rebelles & sectarii in Regem, iterum atque iterum magnis cladibus ab eo profligantur.

Romæ vivere desiit Cæsar Baronius Cardinalis vir magnæ eruditioñis, sed sancti moniæ majoris, qui eodem ardore à se Pontificatum depulit, quo ab aliis sæpe prensatur.

An-

A N N U S 1608.

Romæ à Paulo V. duplex legatio suscipitur, altera à Rege Congi ad obsequium deferendum sedi Apostolicæ , altera longè illustrior , ad idem tamen officii genus ; adornata à Rege Christianissimo Henrico IV. quâ functus est Carolus Ganga Dux Nivernensis.

Idem Pontifex hoc ipso anno mense Ma-
jo refert in numerum sanctorum Viduarum
S. Franciscam nobilem Romanam Viduam.

Equitum item Ordinem à Vincentio Du-
ce Mantuæ institutum in memoriam sacri
sanguinis Christi approbat. Formulam ve-
rò juramenti, quâ Jacobus Rex majoris Bri-
tanniæ Catholicos regni sui adstringere ni-
titur, ut impiam & blasphemā condemnat.

Gravis orra collisio inter Rudolphum
Cæsarem, & Matthiam Archiducem fratres
Austrios ab eodem Pontifice concordiæ ar-
bitro feliciter componitur. Matthiæ cessit
cuin Austriâ regnum Ungariæ, cuius diade-
ma eodem anno mense Novembri ritu so-
lenni suscepit Posonii; dictus præterea suc-
cessor regni Bohemiæ , si Rudolphus sine
prole masculâ prioritâ decederet.

A sectariis per Ungariam, Bohemiam, &

A 6

Au-

Austriam extorta libertas conscientiæ , & facultas impunè struendi suæ sectæ nova templæ.

Philippus Hispaniarum Rex Philippum Dominicum victorem filium natu maximū necdum tamen trimulum 13 Januarii madriti Castellæ regem renuntiat.

Moritur Carolus Dux Lotharingiæ mensæ Majo, princeps pietate, virtutibus & annis plenus, ac successorem habet Henricum filium natu maximum.

In Belgio totus verè hic annus , prorogatis sub inde induciis, consultationib⁹ ac negotiationibus de pace impensus.

In Livoniâ Carolus Rigæ obsidionem solvere cogitur à Polonis.

Ratisbonæ celebrantur comitia Imperialis Præsidente pro Rudolpho Cæsare cum potestate vicariâ Ferdinando Archiduce , sed successu parum læto & exitu penenullo.

In Regno Travancoridis in Indiâ Orientali coram imagine S. Francisci Xaverii aſſere lampades 15 aquâ plenæ, non minùs ac aliæ lampades totidem plenæ oleo.

Bambergæ quidam Martinus Gutricus ſectæ Lutheri addictus , præmium insigne tulit suæ devotionis erga D. Virginē, quam solitus

solitus erat quot diebus septem salutationibus Angelicis venerari; ab ipsamet enim in morbo lethali ad ejurandam hæresin invitatus, sumptâ Eucharistiâ à Forneri suffraganei Bambergensis manibus, in nocte natalitia, sicut prædixerat, piissimè obiit.

ANNO 1609.

ROMÆ mense Augusto excipitur à Paulo V. nova Legatio à Rege Persarum Xa Aba, cultum illi & obsequium deferente.

Sectarii per Germaniam, assumpto correspondenti vocabulo, arctissimo se multò obstringunt fœdere contra Catholicos, & unionem ineunt. Caput unionis dictus Fridericus hoc nomine IV. Comes Palatinus Rheni & Elector, Calvino addictus cui ex heterodoxis adhæserunt propè sine numero. Contra hos ex adverso fœdus, quod ligam dixerunt, cùdunt orthodoxi, impulso potissimum Trevirensum Archiepiscopo Electore in ejus arce Ehrenbreitsteiniensi, multum approbantibus opus tam sanctum Pontifice maximo & Rudolpho Cæsare. Caput Ligæ designatus Dux Bavariæ Maximilianus, cù se fide constanti, magnisque animis adjunxerunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates per Germaniam præ-

cipui, dignissimi, qui memorentur, Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis, Salisburgensis Archiepiscopi; tum Bambergensis, Herbipolensis, Wormatiensis, Spirensis, Eystettensis, Argentinensis, Osnabrugensis, Augustanus, Basileensis, Episcopi; denique & Fuldensis, Campidonensis; Abbates, cum magno Teutonicorum Equitum magistro, decora scilicet & firmamenta fidei Catholicæ per Germaniam.

In Belgio finis tandem impositus bello durissimo tam diu; tamque atrociter gesto; Provinciæ sœderatae dietæ liberæ, & cum de pace perpetuâ conveniri non posset, pacæ induciæ in annos duodecim 14 Aprilis, quas & Rex Hispaniæ ratas habuit mense Julio.

Dux Juliacensis sine hærede moritur. Nata inde de Ducatu contentio acerrima Brandenburgum inter & Neoburgum, eunte propemodum in factiones contrarias universa Germania, pro vindicanda portione terræ non magna illi parti, cui in Provinciam jus videbatur suffragari potius.

Iterum Carolus Suecus unà cum copiis auxiliariis Mansfeldianis à Rege Poloniæ profligatur. Ab eodem cæduntur Mołchi, & Smolenskum obsidione cingitur.

ANNUS 1610.

Fatalis fuit hic annus Henrico Francorū Regi. Dum enim inter plausus & magnificientiam coronandæ Reginæ rhedâ vectus urbem regiam obambulat, à perditissimo Sicario Francisco Ravalliaco, rhedâ confensa, fasciculum litterarum porrigente, ictu cultri gemino, sinistro lateri ad regionem cordis impacto, perimitur 14. Maji anno ætatis 57. regni 21. nondum absoluto. Parricidæ à tribunali regio sunt inflictæ pœnæ sequentes: forcipibus cendentibus inustæ mammæ, brachia, femora & suræ; manus dextra, quâ cultrum tenuit, igne sulphureo concremata, in partes forcipibus laceratas plumbum liquefactum, oleum fervens, resina accensa, & cera eum sulphure liquefacto infusa; corpus deinde à quatuor equis distractum, membra cum corpore igne consumpta, & cinis in ventum dispersus, Bona ejus regio Fisco addicta; domus natalitia disturbata; pater & mater in exilium amandati, & nominis ejus ne mentio quidem concessa.

Eiusdem mensis die 27. cor perempti Regis ex ipsis olim decreto consignatum est PP. Societatis Jesu deferendum ad Collegium

um

um Flexianum, ab eo sumptibus regiis fundatum. Corpus solenni pompa ad Regium Mausoleum Sandyonianum delatum. Die eodem in senatu dictus & proclamatus Rex filius Henrici natu maximus Ludovicus hujus nominis XIII.

Felicitas est hoc anno Philippus Rex Hispaniarum. Alarchiam firmissimum totius Africanæ oræ Oceanicæ propugnaculum ad columnas Herculeas ex opposito Gadiū à Regibus Maroci olim exstructum, solerti industria amici Regis Mauritaniæ, feliciter intercipit. Mauros item, gentem semper perfidam & Hispaniæ infestam, perduellionis & clandestinæ conjurationis cum hostibus fidei reos è regnis & ditionibus omnib⁹ Hispaniæ expellit. Expulorum numerata dicuntur ad novies centena millia. Non pauci tamen commercio linguae tecti, & mutatis sedibus mansere ignoti in Hispania.

Romæ calendis Novembris Paulus V. ritu solenni Sanctorum catalogo annumerat Carolum Borromæum olim Cardinalem & Archiepiscopum Mediolanensem, cuius vita, virtutes & miracula tato orbe celebrantur.

Sigismundus Polonorum Rex iteratis vi-
cibus

cibus Moschos cædit capto ipsomet magno
Duce Suiskio cum duobus ejus fratribus.
Obsequium à Tartarorum Astracanensium
Chamo & Novogrodiæ legatis accipit ;
Smolenski obsidium fortiter urget.

57/ Coacto ad deditio[n]em Juliaco à Mauri-
tio Nassovio & Anhaltino per copias subsi-
diarias Gallorum fit cessatio armorum , &
lis Juliacensis committitur judicibus dele-
gatis Coloniæ dirimenda.

Ab Unito-protestantibus, seu alio nomi-
ne, correspondentibus fit præludium anno-
rum sequentium turbis. Catholicorum di-
tiones per stativa , aliasque militares exa-
ctiones miserè divexantur , ipse etiam Epi-
scopus & Princeps Heripolensium iter
agens pecuniâ, aliisque rebus, nullâ habitâ
Personæ & dignitatis sacræ ratione, probro-
sè spoliatur.

Parisiis inchoatur ordo sacrarum Virgi-
num S. Ursulæ ad instituendas puellas.

Ibidem interdictus Roberti Bellarmini
Cardinalis Tractatus de potestate summi
Pontificis, impedita tamen edicti promul-
gatio, & de eodem emissio Regina se Romæ
purgavit.

Obiit hoc anno inter Sinas P. Matthæus
Ric.

Riccius Italus è Soc. Jesu, de Ecclesia Sincà, si quis alias, optimè meritus. Primus fuit, cui concessum jus ab Imperatore Vancieo sigendi sedem perpetuam in urbe regià Pequinensi, & attributus census ad victum menstruè. Parentatum est defuncto more gentis à Gubernatore urbis splendide; donatum insuper in locum sepulturæ ab Imperatore amplum palatum suburbanum.

ANNUS 1611.

SMolenskum expugnatur à Polonis post biennij obsidium acerrimum, quo periisse dicuntur ducenta Moschorum millia.

Christiernus Rex Daniæ bellum indicit Carolo Sueco, mense Aprili, & mox mense Mayo Calmariam & Elspurgum occupat; cuius clavis & jacturæ dolore contabescens Suecus moritur mense Novembri, diadema Sueciæ, quod inquis manibus rapuerat, verè spinas expertus, inter bella, curas, cladesque perpetuas; à morte Caroli orta gravis dissensio inter proceres imperii de successione, aliis ad Gustavum Caroli filium, aliis verò ad Sigismundum Poloniæ Regē, Dominum naturalem & legitimum fasces regni postliminio transferri cupientibus, præalentibus tamen prioribus, Gustavus Rex Sueciæ salutatur.

In

In Transylvania gravem cladem accipit
Battorius ejusdem inseffor iniquus, amissa
insuper Claudiopoli, aliisque oppidis bene
multis, quæ ad obedientiam Matthiæ Regis
reducuntur. At subito mutatis rebus exer-
citus regius strage internecina deletur, ipso
Forgatio Palatino Hungariæ vix tandem
per sylvas incolumi evadente.

In Francia diem suum obit Carolus Dux
Menius ad principium Octobris; quem in
codem facto paulo post insequitur Regis
frater Dux Aurelianensis puer annorum 4.
de quo illud scriptu dignum memorat Spon-
danus, quod, cum morbo extremo afflige-
retur, oculis continuo ad cœlum elevatis
circumstantes pariter ad ejus contemplatio-
nem adhortaretur & felices prædicaret, qui
ibi habitarent.

Pragæ tumultuantur sectarii, & atrociter
in Catholicos desæviunt, 14. è D. Francisci
familia trucidatis, Monasteriis aliquot ex-
pilatis, multisque aliis hæreticæ crudelitatis
exemplis editis, nullâ reverentiâ Imperato-
riæ Majestatis, quæ præsens aderat.

Matthias Hungariæ jam Rex alteram si-
bi coronam à Pragensibus imponi patitur,
etiam vivente Rudolpho Imperatore Bohe-
morum

morum Rege, assensumque præbente publicæ tranquillitatis causâ, ne scilicet Austriacus contra Austriacum, frater contra fratrem, infesta acie concurrere cogeretur.

Deteguntur maculæ & faculæ solis per Telescopium à Christophoro Scheiner Soc. Jesu Ingolstadii.

Hoc anno primùm invehī cepit in novā Franciam Lex Christiana post perrupta ob-
stacula plurima à duobus PP. Soc. Jesu.

Bambergæ Civis quidam à gravissima exagitatione hostis maligni, quem interva-
rias execrationes ad symposium invitârat, repente liberatur ope D. Virginis Weyerensis, ut primùm illam nuncupato voto im-
ploravit. *Forner.*

ANNO 1612.

AD hujus anni initium 10 Januar. finem vivendi fecit ægritudine & senio gra-
vis Rudolphus Imperator post annos vitæ 69. Imperii verò 35. Princeps pacis aman-
tissimus, mansuetudine singulari, ingenio & consilio magnus, triumphis & victoriis aduersus Turcas clarus; in ejus locum 13. Junii omniū septemvirūm (excepto Bran-
denburgico) suffragiis sufficitur, & Fran-
cfurti Cæsar renuntiatur Matthias Hun-
gariæ & Bohemiæ Rex.

Hi-

Hispania & Gallia novo fœdere junguntur gemini conjugii, nempe Ludovici Regis Christianissimi cum Anna Maria Mauritia primogenita Philippi Regis Catholici & Philippi Principis Hispaniarum cum Elisabetha sorore Christianissimi. Missi utrinque legati & ludi jocique triumphales ubique peracti, nuptiæ tamen dilatæ ob immaturam partium ætatem.

In Moschovia versa alea fortunæ bellicæ. Cæduntur Poloni à Moschis. Horum Imperium armata manu sibi vendicat Michaël Fedrowizius.

Continuatur bellum Suecos inter & Danos variis utrinque cladibus.

Ordines fœderati Belgii sanciunt fœdus cum Achmete Turcarum Imperatore Constantinopoli mense Julio. Ab iisdem tentatur iterum infeliciter navigatio ad Sinas per borealem Poli ærtici plagam Roeslino Duce, qui partim longa nocte, partim concreto glacie Oceano repulsus post magnam suorum cladem retrò cedere coactus est.

Franciscus II. Dux Mantuanus sine prole mascula decedit, unde graves turbæ bellicæ propter successionem.

Magus quidam in Mauritania paucis militibus

litibus ingentem Maroci Regis exercitum
bis sternit, ac regnum occupat. Sed Rex ali-
um adeptus magum primū illum ejicit
qui nihilominus artem suam instauransite-
rum Regem pellit. Sic nimis ludunt
Dæmones inter suos asseclas in perniciem
infelicem animarum. *Spond.*

Parisiis in Synodo Episcoporum damna-
tus est liber Edmundi Richerii Syndici fa-
cultatis Theologicæ Parisiensis, quo impu-
gnabat supremam Romani Pontificis pote-
statem in Ecclesia.

ANNUUS 1613.

RAtisbonæ habetur Conventus Imperia-
lis à Matthia Imperatore; Multa in hoc
conquesti de Catholicis Correspondentes,
plura minus æqua postulârunt. Capita præ-
cipua postulationum erant, nonnullam Bul-
læ aureæ mutationem faciendam, abrogan-
dam plurimum votorum authoritatem, indu-
cendam novam juris reddendi rationem, &
quæ dictabat præterea genius imbutus hæ-
resi, addixere tamen tum Ortho-tum Hete-
rodoxi expeditionis Romanae (ut vocant)
collectam contra Turcas qui nunciabantur
impendere Pannoniæ.

Bathorius in Transylvania à Bethlemo
Gabore,

Gabore, qui & ipse clientelæ Ottomannicæ se subdiderat, Turcarum ope profligatur, & à suis anno sequente miserrimè occiditur.

In Ungaria contra pacis fœdera Turcæ aliquot pagos & oppida incendunt, & incolas in servitutem abripiunt. In mari verò mediterraneo non levia damna accipiunt à triremibus Regis Hispaniæ, & magni Ducis Hetruriæ.

Cosaci præcipuas Moschoviæ penitioris urbes evertunt & magnis thesauris potiuntur. Inde in Tartaros ducentes, eos ingentibus cladibus afficiunt; duas item & viginti triremes Tureicas in quodā portu incendūt. Polonia vastatur à seditionis militibus, Podolia à Tartaris.

Grassante peste in castra Danica, Danus cum Sueco pacem inire cogitur.

In Anglia celebrat nuptias cum Elisabetha Jacobi Regis Angliæ filia Fridericus V. Comes Palatinus Rheni & Elector; Monachii item Bojorum, cum Magdalena Guilielmi V. Bavariæ Ducis, & Renatae Lotharingicæ filia, Wolffgangus Guilielmus Comes Palatinus Neoburgicus, dissimulatâ etiamnum religione, quam animo complectebatur.

Ferdi-

Ferdinandus Cardinalis Mantuanus pí-
leo renuntiat & pro demortuo fratre pro-
vinciam gubernandam suscipit. Cum Ca-
rolo Emmanuele Sabaudo ratione Ducatūs
Monferatensis graviter dissidet.

ANNO 1614.

Elector Brandenburgicus deserto Luthe-
ro transit ad sectam Calvini , Dux verò
Neoburgicus ad sacra Romana, quæ 25 Ma-
ji publicè cum magna solennitate profitetur
Dusseldorpii, eademq; defuncto paulò post
Parente Ludovico in ducatum Neoburgicū
postliminio reducit.

Poloni sedato factioso milite per quinq;
milliones invadunt denuò Moschos, & tres
eorum exercitus feliciter profligant.

Cosacci Thraciam ad conspectum usque
Constantinopolis, & Nagaiensem Tartari-
am depopulantur. Bythiniam & Paphlago-
niam vastant, Trapezuntem cum portu, ar-
mamentario & 27 triremibus evertunt , Si-
nopem incendunt , ingentique prædâ po-
tiuntur.

Rex Galliæ post tumultus aliquot utcun-
que sopitos attingens annū 14 in parlamen-
to Parisiensi 2 Octobr. regni administratio-
uem suscipit, & trium ordinum comitia ce-
lebrat;

lebrat ; ingesta ibi quæstio ab Ordine Plebejorum de potestate summi Pontificis in Reges ab ordine Ecclesiastico & nobilium, & sanctiori Regis concilio statim supprimitur.

Persecutionem in Japonenses Christianos dñe urget Rex Cubo-paganus, Anglo-rum præcipue & Batavorum artibus, qui ad reddendam sibi negotiationis viam faciliorem mentiuntur Regi, id unum agi à Catholicis, ut Hispanis & Lusitanis pateat aditus ad occupandam Japoniam.

Spinola Aquisgranum & Mülhemium, urbes Cæsari adversantes, comprimit.

ANNO 1615.

ROmam deferuntur mense Januario litteræ à Gabriele Gangrensi in Paphlagonia Episcopo, quibus agnoscit primatum Romani Pontificis. In eunte Octobri eidem obsequium defert per equitem Vandomiū Henrici IV. filium naturalem Ludovicus Rex Galliæ, quod hoc ipso mense exeunte præstant etiam legati missi ab Idate in Japonia Rege Voxu.

Correspondentes conveniunt Norimbergam præsentibus legatis Regum Franciæ, Angliæ, Daniæ, & Ordinum fœderatorum Belgii. *Ann. Boici.* B Men-

Mense Julio in conventu Cleri Gallicani
Parisiis habito satagente imprimis Cardinali
Rupi Focaldo unanimiter recipitur Oecu-
menicum Concilium Tridentinum.

Inter Sabaudum & Hispanum, qui partes
tuebatur Mantuani in causa Montferraten-
si, pax constituitur.

Eadem instauratur Viennæ in annos 20
cum Cæsare à legatis Turcicis; inter Polo-
nos verò & Moschos frustra tentatur.

Chamus Tartarorum Tauricanorum de-
vastat Russiam, Russi econtra Ducibus Vis-
novecio, & Corecio depopulantur Daciam
occiso ejusdem Regulo, in cuius locum suf-
ficiunt Michailonem.

Patriam suam gloriosâ morte hoc anno
illustravit Joannes Ogilbeus nobilis Scotus
Soc. Jesu Sacerdos, in odium fidei Catholi-
cæ trucidatus ab hæreticis in urbe Glasgu-
ensi Regni Scotiæ.

ANNO 1616.

Inter Hispanum & Sabaudum recrudef-
cit bellum in Italia, & acriùs quàm antea
geritur, nescio Sabaudo minis Hispanicis
cedere; pacem interim procurantibus Pau-
lo V. per Archi-Episcopum Bononiensem,
& Rege Galliæ per Philippum Bethunium.

— Mense

Mense Mayo componitur discordia Principum & Regis Galliæ, redeunris Lutetiam cum Reginis matre & conjugi. Princeps Condæus cum reliquis fœderatis Regi accedit, sed ob novas suspiciones calendis Septembris detentus in palatio regio mittitur in custodiam arcis Bastillæ.

Turcæ passim terrâ marique cæduntur. In mari mediterraneo ab Hispanis separatim, à Florentinis ac Melitensibus unitim : ad paludem Mæotidem à Cœlacis, in Asia à Persis, ubi illorum 40 millia peste ac ferro periisse dicuntur.

Status Hollandici Flissingam, ac alias quasdam arces traditas olim Elisabethæ ad obtinendas ab ea suppetias numeratâ pecuniâ recuperant à Rege Jacobo.

In Imperio Sinensi auctus paulatim numerus Christianorum, quibus accesserunt quatuor è primaria nobilitate Mandarini laureâ Doctorali summisque in aula Imperatoris officiis insignes. Eodem anno solvit Nicolaus Trigautius Soc. Jesu cum sociis 21. omnium férè Principum Catholiconum Europæ instructus donariis ejus generis & artificii, quibus creditur ingeniosa & erudita illa natio pellicienda ad favendū rei Christianæ.

Anno eodem octo PP. Soc. Jesu fidem
Barbaris Tepeguanis in nova Hispania an-
nunciatam fuso sanguine subscrisserunt.

A N N U S 1617.

ROmæ mense Julio promulgatur Jubi-
læum sacrum.

In Germania celebratur à Lutheranis Ju-
bilæum vanum, quod hic annus esset cente-
simus à defectione Lutheri; cusa in hunc
finem numismata aurea & argentea cum in-
scriptione: *Lutheranum Saculum 1617.*

Matthias Imperator adoptat in filium de
consensu fratrum, Maximiliani supremi
Magistri Ordinis Teutonici, & Alberti Bel-
garum Principis, parentum liberis Ferdi-
nandum Archiducem, Ducem Stiriae, Ferdi-
nandi I. ex filio Carolo fratre Maximiliani
II. nepotem, & ditionum possessionumque
Austriacarum hæredem scribit.

Anno eodem mense Mayo coronatur Fer-
dinandus Rex Bohemiae.

Sectarii denuò coëunt Heilbrunnæ, ubi
ne quicquam dehortante Cæsare superiorū
temporum foedera confirmant, & nova cum
exteris ineunt.

In Gallia Concinus Florentinus Mare-
schallus Franciæ favore Reginæ matris ni-
mis

mis potens, & criminacionibus oneratus, dum jussu Regis comprehendendus in aditu palatii armis resistit, à satellitibus occiditur. Corpus occisi à vili plebeculâ exhumatum & fædè laceratum demum flammis cessit. Sublato sic Concino mox arma fœderati posuere. veniam à Rege precati ; sic regno tranquillitas restituta. Edicto publico ejusdem Regis jussa est in provincia Bearnensi libertas Religionis Catholicæ, & restitutio bonorum Ecclesiasticorum ante annos 50. ereptorum.

Turcæ cum Tartaris deprædantur Poloniæ.

Moritur Achmetes Turcarum Imperator Novembr. cui in Imperio succedit filius Osmannes.

Mense Septembri ex violenta dierum plu-
rium pluvia obruitur inundatione Catalau-
nia. Hausta aquis multa oppida, pagi, vici,
submersa insuper aliquot hominum millia.

Institutæ Romæ congregatio Fratrum
Joannis Dei ad suscipiendos & fovendos
pauperes infirmos.

ANNUS 1618.

VIsus mense Novembri Cometa horri-
bilis, belli diuturni, & publicarum

B 3

cala-

calamitatum in Germania funestus prodromus.

Mense Mayo horrendum tumultuati Pragæ sectarii concitatore præcipuo Henrico Matthæo Comite Turriano factiosorum Principe. Guilielmus Slabata supremus Prætor, & Jaroslaus Borsita Martinizius Carlstadii Burggravius cum Philippo Fabritio Cæsaris Consiliario, & in Regno Bohemiæ Secretario ex arcis fenestra in subiectam fossam per spatum circiter 50 cubitorum (vita tamen Deo protegente incolumi) præcipitati, multi ministrorum regorum in vincula conjecti, & fortunis spoliati, arx Carolosteinia, ubi diadema Regium, thesaurus & privilegia regni solent aſſervari, occupata, graves collectæ provinciis indictæ, PP. Soc. Jesu primùm ex urbe, tum ex toto regno, inani obtentu, quasi abendorum privilegiorum authores fuissent, exturbati. Moravi, Silesii, & Lusatii ad eandem defectionem sollicitati, ipsum etiam regnū inter alios venale propositum Emmanueli Allobrogum Duci pretio ſesqui millionis aureorum, quater mille peditum, mille equitum, quos ſuis ſtipendiis lectos mitteret auxilio, aleretque triennio. Repreſſi tamen

ut cun-

ut cu[m]que conatus nefarii rebellium à Comite Bucquoio, & Comite Tampierio Lotharingo Ducib[us] exercitūs Cæsarei recepto Crumlovio, Pilgramio, aliisque locis. *Annal. Boici.*

Mense Julio in Comitiis Posonii Ferdinandus coronatur Hungariæ Rex.

Mense Junio pax constituta inter Hispanum & Sabaudum restitutis Vercellis, quas anno superiore occupârat Gubernator Mediolani, locisque aliis utrinque captis.

Mense Aprili Rex Galliæ semotis quorumvis oppositionibus PP. Soc. Jesu ad electiones publicas Parisiis habendas decreto admittit, impetratque à Pontifice, ut festum S. Ludovici Regis celebretur 25 Augusti per totam Galliam de præcepto. *Ricciolus.*

In Rhætotum sive Grisonum montanâ regione apud Clavenam mons cum oppido Pluravio terræ lapsu subsidit, consepulto cū omnibus incolis oppido 4 Septembris.

Venetiis ob suspicionem conjurationis in urbem à Duce Ossunæ Pro-Rege Neapolitano concinnatae multi Galli, nec pauci Hispani suppicio affecti.

Maximilianus Archidux Austriæ concedit fatis ineunte mense Novembri.

Comes Fürstenbergius legatus à Ferdinandō petit à Rege Galliæ auxilia contra Bohemos.

ANNO 1619.

Matthias Imperator Ernestum Comitē Mansfeldium Notum alterū factiō-
sorum Bohemorum Principem ob occupa-
tam Pilsnam, & alia in Imperium commissa
proscribit edicto 19 Februarii; & Martii die
20 moritur, Princeps de re Catholicā opti-
mè meritus.

Turrianus & Mansfeldius mensibus A-
prili & Majo in Bohemia omnia cædibus,
rapinis & incendiis vastant: Catholicos,
præsertim Ecclesiasticos in exilium ejiciunt,
Cardinalem Dietrichsteinium spoliatum
rebus omnibus in custodia detinent.

Ferdinandus Rex Ungariæ & Bohemiæ
Francofurti ad Mœnum, adnitentibus præ-
cipue Schwicardo Moguntino, Ferdinandō
Colonensi, & Lothario Trevirensi Ele-
ctoribus Ecclesiasticis, nec dissentientibus
sæcularibus Palatino, Saxone, Brandenbur-
gico, qui aderant per legatos, 28 Augusti
proclamatur Augustus, & 9. Septembris
Imperii insignibus inauguratur.

In Bohemia à Rebellibus abdicato Fer-
dinando

dinando in Regem eligitur 15 Septemb. Fridericus Comes Palatinus Rheni, Regis Angliæ gener, & 14 Novembr. ritu solenni coronatur.

Sub auspiciis Friderici Turrianus Viennam obsidet, Mansfeldius cum Bucquoio Duce Cæsarianarum copiarum confligit. Uterque infeliciter. Copiæ Mansfeldicæ ad Nardliziam urbem Bohemorum ad intercessionem propè delentur, signa militaria 14 capta, apparatus omnis bellicus victoribus in prædam relictus,

Turrianus Mansfeldii clade perculsus cum ignominia Viennam deferere cogitur.

Ligistæ (sic dicti fœderati Catholici) Moguntinus in primis septenivir, Heripolensis, & Bavarus numerosum militem conscribunt.

Bethlemus Gabor Transylvaniæ Princeps capit in Ungaria Cassoviam, Filecum & Posonium cum corona Hungaricâ ibi asservata

Philipus Rex Hispaniæ cum Philippo filio, & Elisabetha ejus sponsâ in Lusitaniâ veniens facit in eoru verba jurare Lusitanos.

Viennæ in Austria Carolo Gonzagâ Duke Nivernensi præcipuo Authore institutus Ordo sacræ militiæ Christianæ sub prote

B s Etione

obnamis

etione B. Virginis, sancti Michaëlis & S. Francisci confirmatur à Paulo V.

Cassoviæ in Hungaria superiori trucidati in odium fidei, quod ex pulpito nollent execrari sanctos, Grodecius, & Pancratius Soc. Jesu Sacerdotes.

ANNO 1620.

Mense Februario Imperator Friderici Palatini electionem Bohemicam declarat irritam. Friderici filius sexennis à Bohemis declaratur successor regni.

Imperatori mittuntur subSIDIA militum & pecuniarum à summo Pontifice, Regibus Hispaniæ & Poloniæ.

In Conventu Ulmensi convenit inter Maximilianum Bavaram caput exercitus Catholicæ, & Joachimum Ernestum Marchionem Anspachium Ducem Protestantium Bohemis correspondentium, ne quidquam hostile agatur extra Bohemiam, ejusque provincias, & Domus Austriacæ hereditariæ regiones; bavarus protestantes Austriæ cogit renuntiare fœderi bohemorum, & obediens Cæsari. Hujus nomine Elector Saxoniæ occupat Lusatiam, quam postmodum fiduciario jure possidendam accepit.

Am-

Ambrosius Spinola ductor copiarum
Hispanicarum transmisso Rheno cum exer-
citu peditum viginti, & equitum quatuor
millium baccaracum, Crucinacum, Alges-
hemium, Oppenheimium, aliásque urbes
ditionis Palatinæ expugnat.

Bethlem Gabor ab aliquibus seditiosis
Hungaris proclamatur Rex Ungariæ, Au-
striam incursat, & Palatino auxilia mittit.
Tampierius Cæsaris Ductor egregius ad
Posonium, quod insederant Gaboriani, oc-
ciditur.

Mense Novembri commissum prælium
illud famosum Pragense, quod cæso Fride-
rici exercitu Ferdinando Bohemiam imò
Germaniam asseruit. Dies decretoria pu-
gnæ fuit Dominica post Pentecosten vige-
sima secunda, quâ in Evangelio legi solet :
*Reddite quæ sunt Cæsar is Cæsari, & quæ sunt
Dei Deo.* Octava Novembr. & Sanctorum
omnium. Locus pugnæ, mons albus Pragæ
adsitus. TESSERA militaris Catholicis: *Sancta
Maria* : curabant in acie Catholicorum
Bucquoius & Tillius, Duce supremo Ma-
ximiliano Bavaro. Impressio prima facta à
Palatinis in Cæsarianos, Duce Anhaltino
juniore, tam valida, ut legiones nonnullæ

jam nutare, turbatisque ordinibus pedem
referre inciperent, sed restituta illicò acie à
Crazio bavaro Equitum Magistro dijici-
tur hostile agmen, capto ipso Anhaltino.
Conspectâ Anhaltini clade hostes primò
turbati, tum in effusissimam fugam con-
versi præbuêre terga instanti cædентique
victori Catholico, cæsa ex hostibus novem
circiter millia, capti quam plurimi, inter
quos eminuêre Comes Turrianus junior.
Saxo Weinmariensis, Rheingravius, Sti-
rumius & Schlickius, aliqui non pauci ge-
nere & dignitate conspicui. Erepta signa
militaria centum cum vexillo Friderici Præ-
toriano, in quo expressa cœlestis sphæra cum
hoc elogio : *Divertinatio.* E Cæsarianis
& bavaricis desiderati, vix ultra ducentos
fauciati centeni. Fructus victoriæ fuit Pra-
ga, & paulò post recepta bohemia tota. Fri-
dericus rebus desperatis unà cum uxore &
liberis fugit in Silesiam, & anno sequente
ad batavos, ubi privatus vixit.

Sigismundus Rex Poloniæ Varsoviæ co-
mitia celebrans 15 Novemb. in ingressu Ec-
clesiæ à nobili Polono securi bis caput hu-
merumque percussus, ibique statim vulne-
ribus obligatis, noluit regredi domum, quin
prius ad quod venerat, audiret sacrum.

In Valle Telinâ Catholici favore Ducis
Feriæ Gubernatoris Mediolanensis, Calvi-
nistis omnibus occisis, totam vallem in suā
potestate redigunt. *Ricciol.*

Ferrariæ die 30 Julii S. Ignatius Lojola in-
fantem septimestrem lapsum ex fenestra al-
ta cubitos 8 ex manibus mulieris incautæ,
quæ sanctum invocaverat, suscepit suis ma-
nibus, & apparens mulieri restituit. *Bartol.*
in vita.

ANNVS 1621.

Fuit hic annus virorum illustrium morte
celebris. Die 28 Januarii moritur Paulus
V. Pontifex maximus, moribus incorrup-
tissimus, & sub quo Roma, quantum potest,
reddita melior. Ejus locum implevit die 9
Febr. Alexander Ludovicus Cardinalis &
Archiepiscopus bononiensis, & dictus Gre-
gorius XV.

Eodem mense moritur Cosmus Magnus
Dux Hetruriæ, cui succedit Ferdinandus
decennis filius sub tutela Matris Austriacæ,
aviæ Lotharingæ, & patrui Cardinalis Me-
dicæi.

Die 31 Martii obiit Philippus III. Hispa-
niarum Rex ætatis 45. Regni 23. & locum
reliquit Philippo ejusdem nominis IV. an-

norum sexdecim adolescenti, quem tamen virum mox experti Dux Ossunæ olim Pro-tex Siciliæ, & postea Neapolis, quem inclusit in carcerem, & Rodericus Calderonus, quem damnavit capite.

Regem Philippum in fato eodem secutus est 13 Julii Albertus Archidux belgii Domi-nus veris lacrymis defletus à suis belgis, re-manente Rectrice Isabella ejus conjugi, & Ambrosio Spinola supremo armorum præ-fecto.

Migravit quoque è vita 17 Septemb. Ro-bertus Cardinalis Bellarminus assumptus è Soc. Jesu ferè octuagenarius, qui virtuti-bus suis & eruditione plus honoris addidit sacræ purpuræ, quam ab ea accepit, futurus etiam major, si voluisset.

Ferdinandus Imperator Fridericum Pa-latinum cum factiosis Principibus edicto proscribit.

Bucquoius subigit imperatori Moraviā, Saxo Silesiam, Maximilianus Palatinatū su-periorem, vi expugnato Cambo & deditio-ne accepta Amberga. In Palatinatu infe-riore captis non nullis urbibus & munimen-tis frustra tentatur Franckendalium à Cor-duba legionum Hispanicarum ductore.

In

In Bohemia Mansfeldius amissa Pilsna & cæsis copiis in eas conclusus augustias à Tillio , ut cogeretur Imperatori policeri obsequium , quod tamen solitus periculo non præsttit homo vafer & perfidus.

Bucquoius in Hungaria Posonio, aliisq; locis recuperatis in obsidione Neuensoli configens cum hoste , desertusque à suis occiditur.

Classis Hispana Regem Marocci ab obsidione cuiusdam arcis ad Mamoram fluvi- um Africæ magna strage repellit. Duas itē & triginta naves batavicas Venetiis redeun- tes , elapso jam tempore induciarum aut capit aut demergit.

In Gallia rem fortiter & feliciter gerit contra hæreticos Ludovicus subactis sexa- ginta & aliquot urbibus, castellis, & muni- mentis ; In Polonia, Ladislauis filius Regis Sigismundi contra Turcas , quorum cen- tum circiter millia diversis præliis delevisse dicitur. Totidem memorantur morbis, a- liisque casibus extincta.

Bambergæ Adolescentes quatuor , qui Stygii veteratoris fraudibus , & perditis cu- jusdam nebulonis præstigiis circumventi fuerant, eoque adacti , ut conceptis verbis,

con-

consignatisque suo sanguine chirographis
Dæmoni se devoverint, à PP. Soc. Jesu rite
expiati turpissimo servitio exierunt. Ipse
etiam doli artifex Diabolus per sacros exor-
cismos in facello Collegii S. Laurentio sacro
per plures dies continuatos, patrocinante
in primis tam sancto operi B. Ignatio ad
restitutionem chirographorum tandem est
compulsus.

ANNUS 1622.

Gregorius XV. Pontifex instituit con-
gregationem de propaganda fide, & die
12. Martii refert in sanctorum numerum Ss.
Isidorum Agricolam Hispanum, Ignatium
fundatorem Soc. Jesu, Franciscum Xaveri-
um ejusdem Societatis Indiarum Aposto-
lum, Teresiam fundatricem Carmelitarum
Discalceatorum, & Philippum Nerium fun-
datorem Congregationis Oratorii. Die i-
tem 24. Maji decretum Pauli V. quod vetat
in publicis actibus asserere B. Virginem Dei-
param conceptam in peccato originali, ex-
tendit etiam ad privata colloquia, concessâ
ramen PP. Dominicanis facultate differen-
di privatim & inter se tantum de hac mate-
ria.

*In Japonia hunc annum martyrio suo il-
lustrâ-*

Iustrârunt fortæ Christi Athletæ P. Carolus Spinola, & P. Sebastianus Quimura, qui fuit primus e Japonibus Sacerdos, ambo Soc. Jesu P. Petrus de Sunniga Augustinianus, & P. Ludovicus Flores Dominicanus, aliqui multi nobiles lenris ignibus cremati. Multis etiam infantibus Christianis demessa capita, qui se constantia maturos cælo demonstrârunt.

In Germania variis attriti cladibus fautores Palatini. Primam subiit à Tillio in Marchia Badensi 6. Aprilis Mansfeldius exutus impedimentis ferè omnibus.

Gravior illata 6. Maji in Campo Winnifinensi ab eodem Tillio Marchioni Durlacensi, Ceciderunt ex Durlacensibus sex circiter millia. capti quām plurimi cum magno Duce Wirtenbergico & Birckenfeldico, aliisque non paucis insignis nominis præfectis, atque tribunis. Strages atrocissima & pene internecina fuit, quæ 20. Junii excepit ad Höechstam urbem ad Mœnum ditionis Moguntinæ non nisi tertio milliari à Moguntia, Christianum Ducem Brunovicensem, ab Episcopatu Halberstadiensi, dictum vulgo Halberstadium agente eodem Tillio cum Germanis, & Corduba cum Hispanis.

spanis. Sunt qui memorant ex triginta milibus hostium vix sex millia superfluisse cladi, reliquis omnibus vel ferro cæsis, vel Mœno haustis, vel vivis in potestate victorum redactis. Victoriae auctarium fuit Ladenburgum Tillio redditum, & paulò post cum Manhemio, munitissimo ad Rheni & Nicri confluentes propugnaculo, expugnata Heidelberga Palatinatū inferioris caput, cuius nobilissima Bibliotheca ex omnibus penè Germaniæ Monasteriis conflata dono mis- sa fuit à Maximiliano Bavarо Romano Pontifici Urbano VIII.

Osmanes Turcarum Imperator strangulatur, & ex carcere in folium Ottomanicū evehitur Mustapha Ossmannis patruus.

Rex Galliæ multa alia loca ab Hæreticis occupata recuperat, revocatque veram reli- gionem in Bearniam, unde medio sæculo exulaverat.

Bethlem Gabor restituit Imperatori cor- ronam Hungaricam, quā Oedenburgi in Comitiis Augusta coronata est Regina Pan- noniæ.

Carolus Dux Lotharingiæ Episcopus Vir- dunensis ex concessione summi Pontificis abdicatis insulis se consecrat Societati. Iesu, in qua

in qua post aliquot annos religiosissimò transactos obiit Tolosæ in Aquitania cum fama insignis sanctitatis & virtutis.

A N N U S 1623.

Romæ diem supremum obiit Gregorius XV. ætatis 72. sedis 2. cum 5. mensibus, cui suffecit fuit Maphæus Barberinus vir eruditissimus, dictus Urbanus VIII. qui tam diuturnum, quam utilem Ecclesiæ ges- sit Pontificatum.

In Comitiis Ratisbonensibus Ferdinandus Imperator creat Maximilianum Ducem Bavariæ S. R. I. Electorem Dapiferum, ei- que soli, quam diu vixerit, concedit suffra- gandi jus Electoribus concessum. Tillium verò Ducem fortissimum, loco lauri, quam toties meruerat, exornat dignitate Comitis.

Proceres Circuli Saxoniæ inferioris in eunt fœdus cum Rege Daniæ, qui se impi- grè parat ad bellum. Halberstadius ingenti rarsum clade afficitur in campo *stattlohan* *Ditionis Monasteriensis*.

Carolus Walliæ Princeps Jacobi Angliæ Regis unicus filius Mariam Philippi III, filiam postulat uxorem, & impetrat Matri- ti, quòd cum 4. sociis incognitus advenerat, multùm approbante pactum hoc sponsali- tium summo Pontifice.

Mu-

Mustapha ex throno Ottomanico ob ingenii imbecillitatem rursum dejicitur, substituto Amurathe fratre Osmannis.

S. Franciscus Salesius Princeps & Episcopus Gebenensis institutor Ordinis Monialium Visitationis B. V. & plusquam 72. milium Hæreticorum convertor Lugduni in Gallia die 28. Decembtris 3s. innocentibus sacrâ piam efflavit animam; dum circumstantes orarent: omnes sancti *Innocentes orate pro eo.*

Sexta Illuminatorum in Hispania fortiter reprimitur, damnatis præcipuis ejus authoribus ad rogum.

ANNUS 1624.

IN Anglia fœdus nuptiale inter Principem Walliæ & Mariam infantem Hispaniæ à Parlamento rescinditur, novumque institutur cum Henrica Maria Sorore Ludovici Regis Galliæ, salvâ religione Catholicâ.

Ex hybernia omnes Ecclesiastici edicto regio proscribuntur. Belli consilia de restituendo Comite Palatino ferventius quam nunquam antea agitantur.

Pro eodem Palatino Hagæ comitis in eunt fœdus Ordines fœderati cum plerisq; aliis Principibus, & statibus Germaniæ Catholicis contra Domum Austriacam.

Contra eandem conspirarunt hoc anno Galli & Veneti Helveti & Sabaudi, tum pro Palatinatūs vindicatione, tum pro libertate Vallis Telinæ, quam etiamnum Austriaci insidebant.

Ambrosius Spinola Ductor Hispanicarum & Belgicarum copiarum Bredam Brabantia mense Augusto obsidet, eamque caput sequenti Junio post impensos ab Hispano in obsidione decem millions aureorum

Romæ Marcus Antonius de Dominis Archi - Præsul Spalatensis ob relapsum in hæresin ; quam anno priore ejurat traditur in Custodiam mense Aprili & Decembri in carcere moritur. Cadaver demortui cum scriptis jussu inquisitionis in campo Floræ flammis addictum.

Obiit hoc anno Henricus Dux Lotharingia sine prole mascula, cui succedit in Principatum filia ejus Nicolea natu major, nupta Carolo, patrueli suo, filio Francisci comitis Vaudemontii, fratri predicti Henrici.

ANNVS 1625.

Jubilæum promulgatum Romæ multos etiam Principes accivit in Italiam, quibus præcelluit Ladislaus primogenitus Regis Polo-

Poloniæ, cui concessum fuerat, manu contingere sacrum Christi vultum unâ cum sacra lancea.

Ibidem Elisabetha Portugalliaæ Regina tertii ordinis S. Francisci in sanctarum album relata. Beatos quoque dixit Urbanus Pontifex Andream Abelinam Theatinum, & felicem Capucinum, magno omnes Ecclesiæ plausu receptos.

Renovatâ inter Ferdinandum & Amurathem pace, eique inserto etiam Gabore, idem Ferdinandus filium suum (postea Cæsarem Ferdinandum III.) curat eligendum Regem Hungariæ, scujus insignia solenni ritu suscepit Sopronii ætatis 17.

E Moravia proscripti hoc anno Anabaptistæ, E viginti millibus, media pars ritus Catholicos, verè an fictè, sunt amplexi. Cœteri in Hungaria, Transylvania, Walachiâ & Polonia fecere colonias.

Concionales verbi Lutherici Præcones Vienna rursus exacti, pœnâ non levi constituta in Dominos, qui eos in suis Dynastiis retinerent. Eliminati item ex universitate, qui eadem labe inquinati,

A catholicis in Palanitatu superiore indictum à Maximiliano Electore, ut vel se stam mutarent, vel solum verterent. Die

Die 4. Aprilis moritur Jacobus Angliæ Rex, caput magnæ illius conspiracys aduersus Cæsarem, & Domum Austriacam, Successorem accipit filium Carolum, qui 18 Maji celebrat nuptias cum Matia Henrica Francisca exultantibus Catholicis, frenentibus Hæreticis.

Moritur quoque Mauritius Princeps Arafficanus, magnus ille Batavorum Imperator belli, in cuius locum suffectus fuit frater ejus Henricus, cum ille improlis obiisset, neque uxorem duxisset, quam impedimentum viri bellatoris appellabat.

Rex Daniæ, electus Dux Protestantium Saxoniæ inferioris, detractâ tandem larvâ palam se hostem Catholicorum profitetur, armâque infert Cæsari: sed graviter multatatur à Cæsarianis Ducibus Tillio & Wallensteinio, amissâ Hamelia, Mindâ aliisque locis plurimis.

Lex salica de successione masculorum in Ducatum Lotharingiæ in Comitiis Lotharingicis hoc anno admissa est, cui etiam, Nicolea, reclamante palam ejus Sorore, sed coacta, subscriptissime perhibetur *Brietius*.

In Africa Ecclesia Abyssina reconciliatur Romanæ per Alphonsum Mendium as-

sum-

ANNO 1626.

Urbanus Pontifex maximus litteris in Japoniam missis animat Christianos ad Martyrium. Eadem sponte renuntiat hoc anno Ducatum suum Franciscus Maria a Rovere Dux Urbini.

Exercitus Mansfeldii ad Pontem Thessaviensem à Wallensteinio Duce Fridlandiæ ad interencionem prope deletur, ipso Mansfeldio cum aliquot equitum reliquiis ægriè fugâ dilapso.

Eandem aleam experiri coactus Christiernus Rex Daniæ in agro Brunswicki ad Lütheram oppidum, ubi à Tillio Duce Cæsareo fusus prostratusque cum exercitu florentissimo amisit suos Duces penè omnes, tormenta majora 22. signa militaria 80. & omnem apparatus bellicum. Gratulatus est tam insignem victoriam ex Urbe victori Tillio Urbanus Pontifex disertissimis litteris; quas refert Author Annalium Boicorum part. 3.

Inclaruit hoc ipso anno Papenheimius Dux Cæsareus, cæsis, domitisque iteratis cladibus rebellibus Rusticis, quorum 70. millia

millia per Austriam cædibus, depopulatio-
nibus, & incendiis grassabantur.

Die 7 Februarii decedit pientissimè Gui-
lielmus Albertus Dux Bavariæ, ætatis 77.
princeps omnia encomia meritus; quæ vir-
tus dare potest. Religionis ejus opus exi-
mum extat etiamnum Monachii, templum
augustissimum, quod in honorem D. Mi-
chaëlis exstructum tradidit Soc. Jesu, exor-
navitque sumptu regio.

Mense Octobri secutus est in via morta-
litatis Guilielmum Bavarū Joannes Schwi-
cardus Archiepiscopus, & Elector Mogun-
tinus, ætatis 75. regiminis 23 vir sui ævi præ-
stantissimus, in quo certavit eximia in Deū
pietas, & religio cum publicæ salutis studio.

Vivere etiam & furere hoc anno desierunt
Duo Germaniæ funera Halberstadius &
Mansfeldius, patris optimi filius pessimus,
vulgò Germaniæ Attila nuncupatus, cui
grassando, desolandoq; vix cessit, nec mor-
te multūm dissimilis.

Mense Januario Bætis fluvius inundatio-
ne post hominum memoriam inauditâ Hi-
spalim nocte intempestâ obruit.

In Gallia Cardinalis Richelius ad sum-
mum enititur, & apud Regem unus potest

C

omnia

omnia Principibus reliquis vel tacere compulsi, vel si reniterentur, aulā exturbatis.

ANNUS 1627.

Urbanus VIII. Pontifex maximus iο Julii adscripsit martyrum catalogo tres ē Soc. Jesu, Paulum Michi, Joannem Gotho, Jacobum Kisai, & aliquot Franciscanos profide Christiana à Japonibus occisos.

Majo ineunte Pragam defertur corpus S. Norberti Episcopi Magdeburgensis, & Præmonstratensium Fundatoris.

Die 30 Julii imago crucifixi in spelunca Manresanā, ubi olim S. Ignatius de Lojola vitæ sanctioris tyrocinium posuit, sanguine manavit. *Ricciolus & Girardus.*

In Germania graves passim auditæ querelæ contra laxatam nimiūm militarem disciplinam in exercitu potissimum Fridlandico, ipsumque Ducem Fridlandum, cuius ferox & imperiosus genius Principibus Imperii erat intolerabilis; unde frequentes indicti conventus Imperiales Heripoli, Colmari & Mülhusii de tollendis belli incommodis, & componenda re Palatina cum Cælare; sed nullo vel exiguo planè fructu.

Multas iterum clades passus hoc anno Danus à Ducibus Cæfareis, & compulsus ad peten-

Saculi decimi septimi.

58

perendam pacem à Cæsare, in cuius potestatem cessere loca ferè omnia intra Albim & Oceanum Balthicum.

Ludovicus Rex Galliæ graviter conque-
ritur per suum legatum apud Carolum Re-
gem Angliæ de non servatis matrimonii
conditionibus, & de amandatis ex Anglia
Ecclesiasticis, quos Regina secum ex Gallia
duxerat.

Angli frustrâ tentant insulam Rheam di-
tionis Gallicæ, & ab arce S. Martinicum
strage repelliuntur à Schombergio.

Sigismundus Rex Poloniæ cum filiis La-
dislao & Casimiro gravi clade afficit Sue-
cos, imperfecto eorum Polemarcho, aliisque
Ducibus plurimis, ipso etiam Rege Gustavo
ictu globi vulnerato,

Parisiis duella repressa sunt, nobilibus
gladiatoriis publicè lictoris manu capite
minutis Francisco Momorantio Buttevil-
lio, & Francisco Rosmandeco Comite ca-
pellarum.

In Apulia ex ingenti motu terra contres-
muit horis 5. cum magna hominum & do-
morum strage.

ANNUS 1628.
Constantinopli Legati Angliæ & Hol-
C 2 landiæ

landiæ conantur expellere PP. Soc. Jesu, eo quod resisterent hæresi cæptæ ibi prorogari. Sed legatus Galliæ jussu Regis Christianissimi eos protegit.

Bavariæ hoc anno adjectus est Palatinatus superior ad diluendas impensas belli, factas à Maximiliano tot annis in obsequium Domus Austriacæ. Dignitas item septenviratus ad omnes Maximiliani posteros, & agnatos, qui à Guilielmo, ipsius parente, per justos natales descenderent, perpetua serie extensâ.

Dux Fridlandiæ augetur à Cæsare Duca-tu Magapolitano.

Stada à Tillio subigitur; sed Stralsunda infeliciter & cum jactura decem millium à Fridlando obsidetur. Nactus inde occasio-nem Suecus, cuius opem implorârant Stral-sundenses, invadendi Germaniam, eo armo-rum successu, quem dabunt anni sequentes.

Felicior fuit Fridlandus in expugnando Rostockio, & suppressando motu agresti-um in Bohemia.

Dani instaurato exercitu nonnulla dam-na intulerunt Cæsarianis, à quibus vicissim non levi clade semel iterumque sunt affecti.

Tandem post toleratam mensum 15 ob-sidionem

sidionem acerrimam cessere in potestatem Ludovici 29 Octobr. Rupellenses, ad dedicationem compulsi non tam fortitudine Gallorum, quam fame & ingenio Richelii die 1 Novemb. Rex cum Cardinali Richelio, & 12 circiter millibus hominum ingressus est urbem ; sed ut pietas ipsa triumpharet de hæresi debellata, gestata est solenni pompa per urbem sacrosancta Eucharistia, Rege & exercitu comitantibus, & Cardinalis Richelius in urbis Basilica sacrum solenne peregit. Ajunt esse reperta ad 15000 cadavera obfessorum, ex quibus aliqua semivorata à fame pereuntibus.

In Italia gravissima orta dissensio ratione Ducatus Mantuani, inter Carolum Gonzagam Ducem Nivernensem & Ferdinandum Gonzagam Ducem Guastallæ, & Mariam viduam Ducis Lotharingiæ, Sororum natu majorem trium ultimorum Ducum Mantuanorum, quorum pars quælibet totam sibi hæreditatem vendicabat. Sabaudo sibi depositente ditionem Montferratensem.

Mense Martio Petrus Graff puer annorum ferè tredecim ex gravissima infirmitate, quæ distinebatur circa nervos & flexuras poplitum, ut non nisi pereptare posset, ope D. Ig-

nat. de Lojola in æde D. Michaëlis Monachii, præsentibus plurimis, repente convuluit. Miraculum publicis tabulis Episcopi Frissingensis est approbatum. *Annales Boici.*

ANNO 1629.

SAntorum numerū auxit hoc anno Andreas Corsinus Florentinus Carmelita, & Episcopus Fesulanus. Beatis quoque indigetibus adscriptus Cajetanus Thienæus, alter Theatinorum conditor.

Imperator confecta pace cum Dano promulgat edictum de restituendis Ecclesiarum possessionibus post transactionem Passavensem occupatis, cuius executio in variis locis Germaniæ urgetur, non sine magnis difficultatibus, & male ominosis turbis.

Magdeburgum rebellis & pertinax civitas obsidione cingitur à Fridlando, sed eventu irrito.

Gustavo Regi Sueciæ subduntur faces à legato magni Regis in Europa, sub, nescio, quo prætextu politico vindicandæ libertatis Germanicæ ad bellum inferendum Cæsari, ejusque fœderatis.

Tentatis frustra mediis lenioribus ad pacandam rem Mantuanam sine turbis, devenerit hoc anno ad arma. Pro Duce Niveni

1629.

nensi auxiliares venere copiæ Franciæ 40
millium. Contra Ducem è diverso move-
runt infestis signis cùm Hispanis Cæsariani,
à quibus occupatis brevi tempore ducatūs
locis firmioribus, captisque adeo ipsis sub-
urbiis S. Georgii ad Mantuam, cæpit ipsa
urbs coronâ cingi, excitatis hinc inde pro-
pugnaculis ad præcludendum aditum ex-
currentibus.

Coacta est hoc anno se dedere Hollandis
post quatuor mensium oppugnationem de-
ficiente pulvere tormentario sylva-Ducis,
inter præcipuas Brabantiaæ civitates natura
& arte egregiè munita. Eisdem paulò post
cessit Vesalia in Clivia, quâ proditione civi-
um, quâ Gubernatoris somnolentiâ, quam
capite postea luit Antwerpiaæ.

Viennæ in captivitate, quæ ipsi peperit
libertatem filiorum Dei, ad fidem Ortho-
doxam conversus Rupertus Comes Palati-
nus filius Friderici olim septemviri, qui se
Regem Bohemiæ scripsit.

ANNO 1630.

IN comitio Ratisbonensi repetuntur vete-
res querelæ adversus Fridlandum, & mi-
litum insolentiam, gravesque exactiones.
Unde illicò exauthoratur Fridlandus, ju-
betur-

beturque cedere præfecturâ. Fridlando ex Principum sententiâ substituitur Tillius.

Querelis antiquis additæ novæ à Protestantibus contra edictum Cæsareum de restituzione bonorum Ecclesiasticorum, ejusque abolitio, vel saltem suspensio importunè flagitata, sed frustra. Ab Austria igitur in Septentrionem ab irtitatis versa consilia, & Gustavus Rex Sueciæ, Princeps ætate, & viribus florens, bellandiq; peritiâ celebris, in subsidium laborantis hæresis, & excidium Germaniæ evocatus.

Mense Junio initium datum bello Suecico ab omni retro ætate Germaniæ funestissimo.

Prima exscensio exercitûs Gustaviani, quem classis ex Suecia advexerat, facta in insula Rüga, quæ mox exactis paulò ante à Lesleo Cæsarianis cessit in Regis potestate: In eandem è vestigio concederunt duæ aliæ, Spanda, Wanaga, & Usedomus. Secuta est expugnatio Wolgasti & Stettini, & paulò post deditio totius Pomeraniæ.

Jacturam Pomeraniæ visus est non nihil resarcire Papenhemius, Dux Cæsareus in paucis fortis & bellicosus, Ducatu Lauenburgico; quem expugnato Boizenburgo.

Neohu-

Neohusio, & Ratzenburgo ademit Carolo Francisco Saxonii Lauenburgico, qui ad partes Suecicas desciverat.

In Italia Sabaudo bellum denuntiatur à Gallo, cuius jugum occupato Pignarolio brevi tempore, præter arcem Mommeliam, suscipere coacta est tota Sabaudia.

Mantua à Germanis nocte intempesta inter 18. & 19. Julii intercipitur, & per triduum diripitur.

Secuta pax mense Octobri inter Cæsarem hinc Hispanos & Sabaudum, & Gallos inde Venetos & Carolum Ducem Nivernensem, certis conditionibus, inter quas fuit, ut infra sex hebdomadas Carolus supplicaret pro investitura Ducatus Mantuani, & montis Ferratensis cum certa promissione illam obtinendi.

Concessus hoc anno Cardinalibus jubente Pontifice titulus *Eminentissimi*; ut non tantum purpurâ & colore, sed & nominis nobilitate ab aliis distinguerentur. *Brie.* Ricciolus rejicit hanc concessionem in annum sequentem.

ANNO 1631.

IN conventu Lipsiensi Protestantū mense Februario sub scheme defensionis li-

berta-

bertatis Germanicæ re ipsâ decretum bellum contra Cæsarem & Catholicos, spolia Ecclesiastica reposcentes. Invitati ad armorum societatem Danus, Dux Holsatiæ, civitates Maritimæ, vulgò *Hanseaticæ* dictæ, & quidquid præterea potentia nomine est celebre per partes Boreales.

Contra Imperatorem item & potestatem Austriacam fœdus inierunt Reges Franciæ, & Angliæ, & Ordines fœderati Belgii.

Fœdus quoque cum Rege Franciæ iniit ad octennium, quod tamen infelix alea pugnæ Lipsiensis vix passa fuit esse semestre, Maximilianus Bavarus, summa ejus fuit, ut in se mutuò armanon verterent, Rex Franciæ Bavarum defenderer, & manuteneret dignitatem Electoralem in ipsius persona & domo Bavaricæ.

Suecusexpugnato Francofurto ad Viadrum, & deditione accepra Colbergâ & Lansbergâ, trahit in suas partes Electorem Brandenburgicum, & paulò post Electorem Saxoniam, quem validius non nihil quam ratio temporis exigebat, presserat Tillius, ut in fide Cæsaris persisteret.

Magdeburgum arctissimè obsidetur, & post spreta roties sana omnia consilia, quæ idem.

identidem à Tillio ingesta obstinatis civibus, ut saperent in tempore, & ne vellent rem ad extrema deduci, demum 20. Maji expugnatur, Falckenbergicus Dux, postquam aliquam diu egregiè irruenti Papenhemio restitisset, cum multis manipularibus obtruncatus, urbis administrator Dux Brandenburgicus captus, obvii quíq; qui in armis deprehensi, trucidati; auctarium cædium fuit immanè incendium ab ipsis pervicaciis civibus odio adversus Catholicos, ne prædâ opulentissimâ potirentur integrâ, excitatum, quo urbs pulcherrima intra horas non multas tota conflagravit, & in triste bustum abiit.

Excidium Magdeburgi secuta est clades Tillii ad Lipsiam, desiderata ex Cæsarianis 5 circiter millia, plures alii numerant, ex Suecis verò & Saxonibus 4. ad minimum millia, Sueco cessere 27. machinæ æneæ, signa militaria supra centum, ingentes præterea manubiæ.

Victore exercitus hostilis partim sub Saxonie movit in Bohemiam, ejusque cum Praga partem potiorem occupavit, partim sub Rege Gustavo per Thuringiam in Franconiam, ubi expugnata Heripoli, ejusque

arce validissimâ nón sine multorum strage, torrentis instat pervagatus Mœnum & Rhenum, Aschaffenburgum Francofurtum, Hœchstam, Moguntiam Wormatiam, aliaque loca quām pluriima, vel vi vel deditio ne accepit celeritate incredibili.

Dux Lotharingiæ armat milites pro Cæsare, dissentit cum Rege Franciæ, cum quo tamen paulò post pacem rursum componit.

Gasto Dux Aurelianensis à Rege Ludovicō & Richelio in Lotharingiam rejicitur, ubi duxit Margaritam Sororem Ducis.

In Italia die 16. Decembris, cum ea nocte terra plusquam 20. vicibus tremuisset, & bombus in ipsa Dalmatia auditus esset, Vesuvius eructavit flamas, bitumen, saxa & cineres ad 10. ferè millaria; duravitque cum tonitru, boatuque horrendo terræ tremor ad dies 7. cinis non modo Apuliam & Calabriam, sed & Dalmatiam flante vento texit. Nolæ & in agro Melphitano pluic lapidibus ferro & chalybe, torrens igneus in aliquot rivos diffusus quosdam pagos cum incolis hausit; pepercit tamen mirabiliter Ædi sacra B. M. V. de succursu appellatae prope Neapolim sitæ. Post incendia verò (mirum dictu) aquarum ingen- tem

tem vim Vesuvius effudit in campos versus Nolam & Palmam. S. Januarii Sanguis ad præsentiam sui capitis liquefens, gestatusque per urbem calamitatem avertit à populo; post unum tandem mensem cef-
savit cinerum eructatio. *Ricciol.*

Hoc anno ejuratâ secta Lutheri fidem Orthodoxam publica professione sectari cæperunt Julius Henricus, & Julius Fran-
ciscus Carolus ex ser. Domo Saxo-Lauen-
burgica, quorum vestigia paulò post pressit
frater tertius Rudolphus, errores pristinos
deductus in Italia.

ANNUS 1632.

Fridlando rursus summa belli præfectus
ra demandatur à Cæsare non sine offen-
sione Catholicorum Principum.

Inter Suecos & Cæsarianos vario hoc an-
no Marte pugnatum.

Mense Februario Suecus Crucinaco non
sine magnâ suorum, & in primis Ducum ja-
ctura potitur; mense eodem ditione ac-
cipit castrum Braunfelsium & alia non nul-
la loca.

Offa è contra Cæsarianarum partium
Commissarius Generalis eodem tempore
Offenburgum, Wilstadium, Lautenburgū.

Weissenburgum, Stolhofium, & Lützenaviam aliaque loca in Alsatiâ & Marchia Bâdensi ejectis inde Suecis, occupat.

Papenheimius in Saxonia inferiore expugnatâ Schöningâ & Helmstadio omnia circumquaque terrore & vastitate complet.

Mense Martio luculentam cladem accepit Bambergæ à Tillio Hornius Suecorum Dux, ultra bis mille in loco ex Suecis cæsi, Dux Solmensis graviter vulneratus, reliqui omnes in fugam conjecti. Poterat deleri universus exercitus, nisi concremato ponte Halstattensi, & dejecto Eltmannensi Hornius in sequentium Tillianorum ardorem fuisse frustratus.

Mense Aprili Rex Sueciæ in suam potestatem redigit Donawerdam, Dilingam, aliasque urbes circa Danubium, Augustam item Vindelicorum, Norlingam & Campodunum. Dum intereâ Fridlandus Saxones Sueco fœderatos Praga & Bohemia ejicit.

Mense Majo Gustavus accepta magna clade, & amissis aliquot Ducibus primi nominis solvit cum ignominia obsidionem Ingolstadii. Cessere illi tamen eodem mense Landsberga, Landishuta, Frisinga & Monachium, ubi inter 140 machinas æneas una reperta

reperta est plena 30 aureorum millibus.

Ricciol.

Tempore obsidii Ingolstadiensis obiit
piissime Ingolstadii ex vulnera nuper acce-
pto ad flumen Lycum Heros ille Europæ to-
tæ nominatissimus Joannes Tzerclas, Co-
mes Tillius Ferdinandi II Imperatoris &
Maximiliani Septemviri, Catholicæque u-
nionis summus militiæ legatus. Corpus
cum monili pretii maximi cessit ex ejus vo-
luntate suprema facello D. V. Oetinganæ.

Mense Septembri castra Cæsariana & Ba-
varica ad Norimbergam acriter sed infeli-
citer oppugnat Suecus. Rejectus cum clade
4000 fortissimorum militum alio migrare
coactus fuit, forte delendus, si Fridlandus
sicut Bavarus voluisset.

Prælium Norimbergense secutum Lu-
zense in Saxonia longè acerrimum, & tum
ardore & pertinacia pugnantium, tum inori-
te Regis Gustavi celeberrimum, in quo utra
pars viætrix extiterit, etiamnum sub judice
lis est. Sueci amissere Regem, Papenheimium
Cæsariani, quibus id vitio vertitur, quod
nocte eadem, quæ pugnam diremit, victis
similes relictis in prædam hosti tormentis
27 Lipsiam se receperint.

In

In Gallia Dux Momorantius per duellionis postulatur capit, & parlamenti Tolosani judicio capite minuitur.

Christianus Wilhelmus Marchio Brandenburgicus, Magdeburgensis Administrator anno superiore in Magdeburgi expugnatione captus, hoc anno ejurato Lutherò publicè se Catholicum professus est Neostadii Austriæ.

Hoc anno rebus humanis exemptus fuit Rex Sigismundus rebus pro regno & religione gestis clarissimus, cui in comitiis Poloniæ mense Octobri substituitur filius Undlaus IV.

Mense Novembri Fridericus Palatinus prosperis adversisque in paucis exercitus ex febri maligna interit Moguntiæ.

Propugnatum hoc & sequentibus duob⁹ annis fortissimè adversus Suecos, eisque federatos Coronacum, quæ civitas egregia & bene munita est Episcopatūs Bambergensis. Incurrit non semel hostes, validisque impressionibus tentarunt urbem suæ potestatis facere, sed excepti semper à civibus animo imperterriti, rejectique non sine luculenta clade, & jactura tormentorum complurium majoris etiam modi, quæ etiam nū yisun-

visuntur in arcis ejusdem armamentario ,
perpetua rei adversus Suecos bene, fortiter,
& feliciter gestæ monumenta.

ANNO 1633.

Regis Gustavo è medio sublato dictatu-
ram inter Suecos in Germaniâ exer-
cere incipit Alexius Ochisensternius. Gu-
stavo Hornio attributa Suevia, Brisgavia &
Alsatia. Weinmario Franconia cum Bava-
ria , Duci Lüneburgico Saxonia inferior ,
Baudusio Visurgis cum Rheno; Silesia Arn-
hemio.

Hornius expugnat Kauffburam & Min-
delhemium. Sed frustra oppugnat Villin-
gam, & Constantiam.

Aldringerus è contra Dux Cæsareo-Boi-
cus recuperat Landsbergam, Memmingam
ad ultroneam deditonem adigit ; Campi-
dunum verò ausum resistere post tres insul-
tus vi subigit.

Weinmarius frustrâ egregiè resistente
Joanne Werthio redigit in potestatem Sue-
corum Neoburgum , Straubingam & Ra-
tisbonam.

Per id tempus graviter periclitatum In-
golstadium clancularia conspiratione cum
Suecis , Joannis Philippi Cratzii Comitis
Schar-

Scharpfensteinii urbis Præfecti, quam de-
inde securi percussus Viennæ 1635 sanguine
luere coactus fuit.

Alsacia propè universa relicta est præda
Hornio & Birckenfeldio culpa & cuncta-
tione Aldringeri, qui causatus imperium
Fridlandi pertinaciter detrectavit configre-
re cum hoste, quod ad servandam provinciā
erat necessarium. Servatum tamen Brisa-
cum, Rheinfelda non sine sanguine expug-
nata, & tres reliquæ civitates Sylvaticæ per
ultroneam ditionem occupatæ.

In Saxonia inferiore omnia hoc anno ad-
versa Cæsarianis; Cronsfeldius, qui cum
summo Imperio Copiis præfuit; repetitis
cladibus attritus, amissâ Hameliâ cum aliis
nobilissimis civitatibus vix habuit, quò la-
ceras exercitūs reliquias reciperet.

Felicior fuit Fridlandus, qui cum exer-
citū 50000. è Bohemiâ in Silesiam progres-
sus intra breve tempus cæsis sæpe Suecis,
occupata Goltbergâ, Sagano, Grossâ, Glog-
goviâ, Lignizio, Francofurto ad Oderam,
imò ipsa Marchia Brandenburgicâ, & Po-
meraniâ ferè universa, victorias ad Balthi-
cum usque mare promovit, in hoc uno cul-
pandus, quod tot hostium victor se unum
vinceret.

vincere non potuerit, jam tum sequiora contra Cæsarem meditatus.

Uladislaus novus Rex Poloniæ susceptis Regni insignibus primordia regnandi insigni de Moscovitis reportatâ victoriâ, & soluta Smolenski obfidence nobilitavit.

In Suecia Christina Regis Gustavi filia, legitima ipsius hæres fuit renuntiata.

In Italia Hyacinthus Centinus nepos Cardinalis Centii Ascœlitani beneficiis necromanticis molitur necem Urbano VIII. at scelere patefacto securi percutitur, sceleris complicibus vel combustis, vel triremibus aut carceri perpetuo mancipatis.

ANNO 1634.

Primordia hujus anni funestavit interitus Wallensteinii Ducis Fridlandiæ, qui ob ambitum coronæ Bohemicæ & clandestinam cum Suecis consiliorum communicationem jussus fuit à Cæsare vel vinciri vel occidi; diem habuit fatalem Egræ 26. Februarii. Necem executi sunt tres Scoti Lessæus, Gordonus & Buttlerus, Duces belli, per Devoruxium natione Hybernum, à cuius dextra Fridlandus in cubiculo solo testus inducis, mutusque per pectoris medium ferrum in viscera recepit, & mox animam

mam tam formidandam non minus suis, quam hostibus prostratus humi efflavit. Eodem fato paulò ante sublati fuerant in arce **Egrensi** inter cænandū ab iisdem triumviris quatuor Fridlandianæ molitionis complices; Ilous Kinskius, Terskius, & Niemannus, plures deinceps in Bohemia, Austria & Silesia capti, & publico suppicio affecti.

Wallensteinio in summo rei militaris imperio succedit Ferdinandus Rex Hungariæ Cæsaris Filius, qui junctis illicò copiis cum Bavaris Ratisbonam obsidet, & post sumptuosam & cruentam obsidionem deditione occupat.

Vorchemium civitas ditionis Bambergensis egregiè munita à Weinmario arctè includitur, ductâ circumquaque fossa & aggere cum propugnaculis quinque sed nullo opere tam laboriosæ pretio, præsidiariis & civibus egregiè vim hostilem sustinentibus, unde omisso Vorchemio moyet in Bavariam & Landishutam aggreditur, quam mense Julio festo D. Magdalena expugnat, & fœdè diripit.

Aldringerus supremus Bavarorum Dux, qui Landishutanis subsidio ad volârat, occiditur,

ditur, & successorem in præfectura accipit Carolum Lotharingiæ Ducem nuper è Lotharingia à Gallis insessā ad Cæsarem profugum.

Rex Ungariæ auctus copiis Hispanicis sub Ferdinando Cardinali Infante Noerdlingam accerrimè oppugnat, & ad volantem subsidio laborantibus Noerdlinganis Weinmarium cum universis ferè copiis Suecicis memorabili prælio profligat. Cecidere ex Suecicis quatuordecim millia, sex millia venerunt in victorum manus. In iis Hornius, Crazius, Rosteinius, aliique Duees quam plurimi. Plures primæ notæ occubuerunt, inter quos Fridericus Marchio junior, Witbergerus, & alii. Capta 80 tormenta, curruum 4000, equi 1200, signa militaria 300, quæ missa ad summum Pontificem in Vaticano, aliisque templis Romæ pependerunt. E Cæsarianis, aliisque desiderati non nisi 1200, rato alias tantâ contentione dimicatum, octo horas pugna tenuit, cum incredibili ardore animorum: fructus victoriæ fuit Noerdlinga mox reddita, occupata cum Heripoli, Schweiñfurto, aliisque urbis, Franconia, recepta Suevia, & Wirtenbergia, cum magna parte Palatinatū superioris & inferioris.

Col-

Collapsas res Suecicas erigit Rex Franciae, & in præmium Philippsburgi sibi a Suecis dediti; mittit in subsidium Weinmario sub Duce Forcæo viginti armatorum millia.

Neapoli ex morbo & vulnere lethali, quo in momenta singula exspiraturus putabatur, repente ope D. Xaverii Indiarum Apostoli convalescit P. Marcellus Mastrillus Soc. Jesu, attonita ad rei stupendæ novitatem universa Neapoli, quod illum videret die postero sacris divinis operantem ad aram pene vegetum, & integrum, pro quo novaret pridie jam paratas fuisse inferias. Thamnatura imago, per quam editum tam insigne & illustre prodigium, deportata est paupero post maximo cum apparatu, & frequentissima totius nobilitatis ac populi Neapolitani supplicatione ad templum Collegii, & in ædicula S. Xaverii collocata, ubi etiamnum visitur, coliturque incredibili pietate & concursu fidelium. *Informatio Neapolitanus & processus authenticus.*

ANNO 1635.

AD anni initium componitur pax inter Imperatorem & Saxonein, in quam illico concessere Principes non pauci, inter quos

311000

quos Elector Brandenburgicus, & Dux Wittenbergiae ; eandem amplexa est Norimberga, Francofurtum & Erfordium, aliisque status & civitates.

Exeunte Januario post toleratam longam obsidionem sub Comite Turriano facit dditionem arx Herbipolensis.

Philippoburgum à Gaspare Bambergero per militare stratagema feliciter intercipitur, & præda copiosissima reportatur. Præter tormenta ænea 128, frugum copiam propè immensam, vini ingentem copiam, & Gazam plurimam solius pecuniae Gallicæ reperta sedecies centena aureorum duplonum millia,

Augusta Vindelicorum fame cogitur ad dditionem à Wallio Duce Bavarico.

Treviris Gallicum præsidium ejicitur, & Elector captivus abducitur Viennam ad dicendam causam de introductis Gallorum præsidiis contra constitutiones Imperii. Petitum quidem à Pontifice, ut Elector vel dimitteretur, si innocens, vel si nocens restitueretur potestati Ecclesiasticæ judicandus ab ipso Pontifice, sed bona verba data Pontifici.

Idem cum minis postulavit à Cardinale Infante

Infante Belgarum Principe Rex Galliæ, sed remissus ad Cæsarem, mox missio faciali Bruxellas bellum denunciavit Austriacis; quod & mox intulit, cladéque non contemnenda Hispanos ad Namurcum affecit; territus tamen paulò post adventu Piccolominei Ducis Cæsarei & secessu Batavorum ob amissam arcem Schenkianam cum ignominia ab obsidione Lovanii cedere coactus fuit.

In Alsatia Dux Lotharingiæ varia loca occupat. Heidelberga, Dilsberga, Wermatia, & Moguntia cedunt in potestate Regis Hungariæ. Joannes Werthius variis præliis Gallos Suecosque lacepsit, vincit fugatque, aliquoties tamen non sine reciproca clade.

In partibus Italiæ vallis Tellina à Gallis occupatur tota; Valencia tamen ab eorum Duce Crequio, Sabaudo & Parmensi frustra obsidetur.

Vergente in finem anno Urbanus in Aula Regia Vaticani mutavit elogium Reipublicæ Venetæ, quod meruerat in defendendo Alexandro III. hinc graves illius querelæ contra Pontificem.

AN N U S 1636.
Inter Polonos & Suecos induciæ usque ad annos

annos 26 prorogantur. Saxones adjuti à Cæsarianis, Ductore Hatzfeldio, cædunt Suecos, & confugientes Magdeburgum unà cum civitate cogunt ad ditionem. Paulò post congressi cum iisdem ad Widstochium cruenta pugna, & dubia victoria, parte neutra ex arena cedente, triumphus tamen à nonnullis acclamatus Suecis, quod Suecis priores inde moverint Cæsariani.

Dux Lotharingiæ Condæum Gallorum Ductorem ab obsidione Dolæ, urbis in Burgundico Comitatu fortissimæ cum clade trium millium submovet.

Infeliciter in eundem Comitatum cum exercitu florentissimo 40000 movit Galafus, felicior futurus, si illi cum solis Gallis, & non etiam cum fame & cœlo fuisset confligendum.

Joannes Werthius plusquam octonis vicibus anno uno Gallos vicit, fuditque. Quin, sub exeunte, annum sub auspiciis Cardinalis Infantis in Franciam usque excurrit, omnia latè terrore complens, usque ad eò, ut trepidatum sit ipsis Parisiis, & plurimi primæ nobilitatis inde Aureliam & aliò profugerint.

Maximiliano Electori natus mense No-

D.

veim-

venib[us] ex Maria Anna Austriaca Ferdinandi Imperatoris filiâ Ferdinandus. Maria Electrix puerpera tertio die post baptismum infantis ad vitæ lineam propè extremam deducta repente convaluit ope D. Francisci de Paula. *Annales Boic.*

Ratisbonæ in comitiis II Calendas Janua-
rii Ferdinandus Rex Ungariæ & Bohemiæ renuntiatur cum ingenti plausu & gratula-
tione, frustra obſidente Gallo, & protestan-
te Carolo Ludovico Palatino, Romanorum Rex. Secuta est inaugratio ſolennis die Dece[m]br. penultimo.

A N N U S 1637.

Succubuit hoc anno non tam morti &
bellis, quam victoriarum cumulo Ferdi-
nandus II. rebus humanis exemptus 5 Fe-
bruarii. Imperator verè magnus, pius, fœlix,
& augustus, cui bene conveniunt elogia Si-
racidæ de Rege Josiâ Eccl. 49. *Quod directus*
fuerit divinitus in pœnitentiâ gentis, rulerit
abominationem impietatis, gubernaverit ad
Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorū
corroborationem pietatem.

Pietatem ejus in Deum vel ex uno cognoscere liceat, quod anno 1600 humili habitu viatorio inductus cum serenissimâ conjugâ

Maria

Maria Anna Bavarica, & pedes ex Styriâ ad Deiparam Lauretanam peregrinationem instituerit, ibi q; fœdus pepigerit cum castorum acie ordinata adversus orbem ferè universum, qui postea contra eundem Imperatorem maligno fœdere conjuravit.

Sub auspiciis Ferdinandi III. mense Iulio eripitur Gallis fame prope modum energetis à Werthio Hermansteinum, arx ad Rheni & Mosellæ confluentes munitissima.

Mense Augusto castra Gallo-Weinmariensium à Werthio eodem ingenti fortitudine expugnantur, hostesque tormentis, annona, & impedimentis omnibus exuti ultra Rhenum cum dedecore rejecti.

In Saxonâ Bannerus ductor Suecicus post acceptas clades varias, & amissas urbes non paucas magni nominis ad extremos usque Pomeraniæ fines repellitur à Galasso.

In Italiâ & mari mediterraneo vario marte pugnatum inter Gallos & Hispanos, eorumque fœderatos.

In Belgio Cardinalis Infans eripit Hollandis Venloium & Ruremundam. Hollandi vicissim Augusto exeunte obsident Bredam, & post novem hebdomadas ad deditionem compellunt.

Nangasachi in Japoniâ die 17 Octobris
illustri martyrio afferuit fidem Christianam
P. Marcellus Mastrillus Soc. Jesu, qui ante
annos tres Neapoli è morbo lethali, ingenti
prodigo vitæ & sanitati integræ momento
fuit restitutus ope D. Xaverii.

ANNO 1638.

CÆsariani & Bavari sub Ducibus Savellio & Werthio cogunt Weinmarium
cum ingenti suorum & Gallorum auxiliariū
clade solvere obsidionem Rheinfeldæ; sed
dum agunt securiūs, ab eodem inopinatò
obruti vel trucidantur, vel capiuntur. Wer-
thius, qui omnium diutissimè restitit,
cum Enckenfortio Speerreütero, Fürsten-
bergio, & aliis Præfectis, excepto Savellio,
in Gallias missus fuit, grande donum Ludo-
vico Regi. Victoriam auxere hosti Rhein-
felda dedita cum castro Rötelensi, tum Fri-
burgum Brisgoviae, & demum Brisacum
non vi sed fame domitum.

Felicior fuit res Hatzfeldio supremo Cæ-
saris Tribuno in Saxoniâ inferiore contra
binos Friderici Palatini filios Carolum Lu-
dovicum & Rupertum, quos memorabili
pugnâ ad Lemgoviam 11. Maji profligavit,
capto ipso Ruperto, & Carolo vix ægrè di-
lapso.

Amu-

Amurathes Turcarum Imperator hoc anno tandem Babylonem (aliis Bagdetum dictum) post quartum assultum totius exercitus 30000 armatorum expugnat. Desiderata ex Turcis 40000. plures ex Persis.

Galli cum magna ignominia & damno repelluntur ab obsidione Fontarabiæ. & S. Audomari, cum majore coguntur Hispanis dedere Cremonam in Italia post amissum Ducem Crequium; recuperant tamen per Ducem Longæ Villæ Lunæ Villam, aliasque nonnullas arces in Lotharingiâ, & in Burgundiâ.

Hollandi in Belgium exscendentes ab Hispanis profligantur, & ab obsidione Geldriæ pro turbantur.

Casimirus Polonus Regis Vladislai frater designatus Pro-Rex Lusitaniæ, dum per Franciam incognitus in Hispanias festinat, intercipitur, & Lutetiam captivus abducitur.

Mensis Septembris die 5. post annos 23. sterilis conjugii natus est Regi Galliæ Delphinus. Rex voti causa misit ad B. V. Laurretanam statuam Angeli ex argento solido sustinentis suis ulnis infantem ex auro solido Delphini instar offerendum Deiparæ.

D 3

Regt-

Regina verò cōdem misit duas pretiosissimas coronas, unam pro infante Jesu, alteram pro Virgine Matre.

In Calabriā exeunte Martio horribilis terræ motus urbes consentiam, Stilianum, Nicastrum, aliasque proximas cum omnib⁹ pagis concussit, & aliquot penitus obruit. Nicastrī solus Episcopus & Capucinerum Guardianus mortem evasere,

ANNO 1639.

Dies 18 Julii sæviendi & vivendi finem fecit Bernardus Dux Weinmarius in floræ ætatis anno vitæ 35. extinctus peste Brisaci, vel ut alii, veneno, Miles & Dux bello clarus & felix. Moriens Guebriantio Armotico Gallo equum & arma, Comiti verò Nassovio, Erlachio Helveto, Ohemio, & Rosæ, primæ admissionis amicis, singulis decem imperialium millia ex testamento transcripsit, animam, cui servivit; eorumdem curæ commendatus exercitus.

Vendito Gallis Brisaco Weinmarienses eo asse fiunt Francici, eorumque stratego Generali Longævillæo, Coronæ Gallicæ Legato certâ tamen quorundam terminorum moderatione, Sacramentum dicunt.

In Saxonia iterum, ut anno priore, res Catho-

Catholicorum iere indeterius. Bannerus enim cæsis ad Chemnitium Cæsarianis & Saxonibus victoriam Pragam usque propagat, quam tamen adventu Leopoldi Archiducis firmatam irritis fragoribus concutit.

In Italia novi belli semina jaciuntur ex morte Ducis Sabauidæ, cuius voluntatē ultimam nullam declarat Cæsar, & contra Christianam Ducissam viduam tutores Caroli Filii constituit Principes Thomam & Mauritium Cardinalem, fratres defuncti Ducis.

Carolus Ludovicus Palatinus ex Anglia in Germaniam spe præfecturæ exercitūs Suecici citatis itineribus advolat, sed jussu Richelii in Gallia detentus ulterius pergere prohibetur.

In Belgio Picolomineus Dux Cæsareus Gallos sub Ficherio ab obsidio Thion villæ feliciter depellit, capitur tamen à Gallis Hessinium arx munitissima in regione Atrebatenſi.

Mense Augusto pervenit in Angliam Comes Carolus Rossetus Ferrarensis missus ab Urbano VIII. Nuncius ad Catharinam Angliæ Reginam Catholicam, quam unâ cum Rege & totâ curiâ sibi conciliavit, & exi-

mio zelo cum doctrina & prudentia con-
juncto, verbis & scriptis institit, ut Carolus
Rex Catholicam Religionem profiteretur,
pollicitus illi à summo Pontifice auxilia
non modica contra Puritanos & Calvini-
stas , sed ob insidias & furorem tumultu-
antium sectariorum primo latere , tum
claim ex regno profugere coactus fuit,

AN NUS 1640.

Hortatu summi Pontificis Ferdinandus
Imperator comitia imperalia indicit
Ratisbonam pro ineundis consiliis & ra-
tionibus componendæ pacis in Germania,
quo etiam ipse ad auspicandum opus feli-
cius proficiscitur mense Junio.

Amoto à Præfectura militari Gallasso ex-
ercitibus cum suprema potestate præficitur
Leopoldus Archidux Frater Imperatoris ,
sub cuius auspiciis ipso adhuc mense Fe-
bruario ductus in Suecos miles , & primo
statim impetu expugnatum colinum, & Re-
gio-Græcium, recepta Clumizia, decemque
turmæ equitum hostilium ad internecio-
nem deletæ, occupato deinde Leutmerizio
& Brandisio totâ Bohemiâ exactus Banne-
rue Suecorum Polemarchus. Demum e-
tiam crescentibus in dies palmis in mani-
bus

bus Archiducis ad extremam usque Visurgim rejectus virtute Hazfeldii & Piccolominei.

In tractu Rheni & Regionibus finitimis varia fuit fortunæ facies nunc vincentibus Bavaris nunc præalentibus Weinmarienis

Königsmarckius prudentiâ & fortitudina Francorum exturbatus ex Franconia semel iterumque cæditur à Bavaris & Saxonibus.

Mense Mayo graviter tumultuatum in Catalonia. Palatum Regium incensum, Pro-rex in frustra concisus, ministri Regii nullo discrimine passim trucidati, ejuratâ insuper Hispano fide Gallus in vota, opem & tutelam vocatus.

Eodem anno Lusitani proceres exosi imperium Olivarii, ejusque Secretarii Vasconcelli unanimi ferè animorum consensu in Regem sibi eligunt Joannem IV. Ducem Brigantiae progeniem ex Odoardo Fratre olim Henrici Regis, eumque intentatis minis ad sceptrum acceptandum adigunt. Die igitur 6. Decembris ingressus Ulyssiponem proclamatur Rex Lusitaniae Joannes Dux Brigantinus, approbante illico factam electionem faustis acclamationibus utroque Orbe.

D 5

In

In Italia Comes Harcourtius Gallus Leganesium Hispanum cum clade 300. obſidionem Casalensem ſolvere cogit, & Taurinum paulo post expugnatum vicit in-
greditur.

Constantinopoli mense Februario mor-
tuus est anno aetatis 32. & imperii 17. Amu-
rathes IV. Turcarum Imperator ex vino
contra votum ſuum Mahometi coram Mu-
phti nuncupatum, intemperantius hausto;
ſtūcessit ei Frater Ibrahimus ingenio stu-
pidus, & jam in Carcere addictus neci, qui
timorem non posuit, niſi dum cadaver fra-
tris vidit.

Londini die 3. Novembr. coegit Senatus
Regem ſuum ad retractandam formulam,
qua Scotos rebelles appellarat, eidem jus
vestigium ademit, edicta contra Regis
ministros promulgavit, instituit contra E-
piscopos liturgiam novam, & Catholicos
veruit exhibere reverentiam nomini Iesu,
ſurgere ad lectionem Evangelii & imagi-
nes Deiparæ in templis exponere.

ANNO 1641.

Mense Januario Banerius Archistrat-
gus Suecorum irruptit in Franco-
niam & Palatinatum ſuperiorem, & captâ
nullo

ullo negotio per Tübadelium Bambergā, Chambio, Fürtho, Glattoviā, aliisque locis omnia cædibus rapinis, & direptionibus miscet, terrorēmque cum depopulationibus longè latēque ad ipsa usque Ratisbonæ Mœnia grassabundus circumfert. Plura meditantem conterruit clades Schlangii, quem cum flore equitatus Suecici quatuor millium, non procul Neoburgo ad sylvam Bohemicam indagine cinctum ad ditionem coegit Dux Piccolomineus; Schlangius, Birckenfeldius unā cum uxore ac liberis, Marchio Durlacensis, Kinskius, aliique complures Duces, Tribuni, Protribuni, Praefecti vigiliarum &c. missi velut in triumpho Ratisbonam, spectaculum futuri Cæsari & Principibus, quibus ante insultabant, Bannerius inde compulsus fugere à Comite Cellenio in fines usque Misniæ, ubi contractā ægritudine paulo post vivere desit Halberstadii: successorem dixit Dörstenohnium absentem, virum fortē & in paucis militarem.

Rex Christianissimus cum Christinâ Reginâ Sueciæ initum ante triennium sœdus Hamburgi renovat auctis auxiliaribus pecuniarum subsidiis.

Sueci sub Königsmarckio variis cladi-
bus atteruntur à Sporckio ; aliisque Cæsa-
ris Ductoribus , & ex variis urbibus & mu-
nitionibus exturbantur.

Ratisbonæ mense Septembri promulga-
ta & publico diplomate affixa ad valvas
Curiæ Ratisbonensis Amnestia , sed quia
non nihil restricta, non est probata omnibus

Legatus Angliæ , cum pro Palatino ini-
quiora postularet, iussus est facessere Ratis-
bonâ, cuius precibus tamen donatus liber-
tate Rupertus Palatinus hucusque Viennæ
captivus.

Marchio Velorum missus ab Aula Ma-
dritensi ad reducendos rebelles Catalaunos
Tarragonem ditione capit ; Barcino-
nem tamen frustra tentat. Galli vicissim
capiunt in ditione Ruscinonensi Canetum,
Elnam, & Argileriam ; sed ab obsidione
Tarragonensi per classem Hispanam cum
clade & dedecore recedere coguntur.

In Lusitania Archiepiscopus Bracarensis
datus in custodiam , quod compertus con-
spicisse contra vitam Regis & Reginæ, alio-
rumque Procerum, complices reliqui sup-
plicio affecti.

In Anglia omnia plena tumultibus. Re-
ginae

ginæ Confessarius jubetur jurare aperè & sine restrictione mentali ad librum Evangelii Calvinistici & Puritani, an non conatus fuerit reducere Regem ad Doctrinam Papæ ; quod dum constanter renuit, turri Londinensi includitur. Regi fideliores, Archiepiscopus Cantuariensis, & Hiberniæ Prorex conjecti in vincula. Proregi etiam tortoris manu amputatum caput ; atque huic tantæ immanitati subscribere coactus fuit Carolus, jam non amplius Rex, sed larva Regis, cui præter titulum & fugam in tutiora loca nil porrò reliquum fuit.

Et Gallia turbis concussa secessione Comitis Sueessionensis, Ducis Guisii, Ducis Bullionii, aliorumque Principum, qui à suis humeris excussum volebant jugum Richelii.

Drepani, dum in Quadragesima explicaretur illud Psalmi : *Irruitis universi vos, tanquam parieti inclinato;* ruens subito fornix templi in subjectum auditorium obtrivit circiter 500. Domicellas, & aliquos viros, ipso etiam ictu lapidis læso in brachium Concionatore.

Bruxellis cum magno Belgii luctu obiit post septenne laudatissimum Imperium mense Novembri Cardinalis infans. D 7

ANNO 1642.

Multum hoc anno afflictæ res Cæsariæ
à Suecis.

Primum Vulnus inflixit Leonardus Dor-
stensohnius novus Suecorum Polemarchus,
qui adjuncto sibi Königsmarckio intra pau-
cos menses celeritate & felicitate incredi-
bili totam ferè Silesiam & Moraviam cum
eius urbe Principe Olomuzio sibi subjecit.

Secuta clades Archiducis & Piccolomi-
nei ad Lipsiam, fatalem Cæsarianis urbem,
non tam fortitudine Suecorum, quam igna-
viâ equitatûs, maximè Hungarorum & Cro-
atorum, qui, dum jam victoria, prostrato
ferè exercitu hostili, esset in manibus, subi-
to timore perculsi nudatas lateribus legio-
nes ferro Suecorum concidendas relique-
runt. Triumphi loco fuit, servatum fuisse
Archiducem, qui rebus jam desperatis for-
titudine incredibili per medias hostium
phalangescum legione prætorianâ sibi vi-
am ferro aperuit in tutiora.

Accessit ad cumulum malorum strages
planè internecina Lamboii ducis Cæsarei ad
Kempenam in Germania inferiore. Miles
omnis vel in acie, & fugâ cæsus, vel ad signa
Gallo-Suecica coactus,

et inter quæ signa *in* *Cæ*

In Catalaunia triumphârunt Galli capto
Perpiniano adversus Hispanos ; non ita in
Belgio, ubi propè Honecourtum Pagum di-
tionis Cameracensis insigni clade mulctati
didicere humilius de se sentire.

Romæ litigatum à legatis Regis Catho-
lici, & Lusitani ; unde deum post cædes
Hispanorum, declaratus irregularis, disces-
sit Lusitanus Episcopus Lamecensis.

In Anglia & regnis affinibus invalescunt
in diesturbæ , palamque arma intentantur
Carolo , ni subscribat illicò conditionibus
iniquissimis , quas dictabat Regi impudens
& rebellis Calvinistarum factio. Unde Re-
gina quasi deductura filiam desponsatam
Principi Arausiano, discedit ex Anglia.

Coloniæ exul moritur inter opera Chri-
stianæ pietatis & patientiæ Maria Medicæa,
mater Ludovici XIII. Regis Galliarum , &
conjunct Regis Henrici. Sequitur eam pau-
lò post , quem adversarium passa fuerat,
Cardinalis Richelius consumptus pleuri-
tide. In ejus capite non sine admiratione
ab Anatomicis reperta organa sensuum du-
plicata, & aliqua etiam triplicata. Ita Ricciol.

ANNU S. 1643.
Elix illuxit hic annus Cæsarianis, fatalis
Gallo-Suecis in Germania superiore. 4.

Februari. initium iterum vincendi fecit Joannes Werthius, anno priore pro Gustavo Hornio Sueco libertati redditus, in Wittenbergia, ubi in duobus locis quinque legiones hostiles ab eo oppressæ.

Sub idem tempus occupata à Mercio Geppinga cum arce; Gallis præsidiariis captis à Truckmillerio cùdem felicitate capta Tubinga; Galli insuper, qui laborantibus Tubingensibus subsidio accurrerant, ita excepti, ut vix Decuria salva evaferit.

Guebrianus Archistrategus Gallicus ex Franconia à Duce Lotharingiæ & Hazfeldio exactus ad Rotwilam globo tormenti occiditur. Copiæ reliquæ ferè omnes Gallo-Suecicæ, quibus cum summo Imperio præfuerat Guebrianus, dum hinc inde per stativa ad Danubium sparsæ, metuque omni solutæ agunt liberius, improvisâ interrupzione à Mercio, Joanne Werthio, & Sporckio obruuntur, plerisque vel cæsis, vel captis, aut dissipatis. Præter sex vel septem millia Gregariorum venere in censum captivorum; Primates castrorum Præfecti cù multis aliis Tribunis, Protribunis, Centurionibus, &c. capta insuper cum machinis æneis impedimenta omnia, in quibus fuit

vis

vis ingens auri & argenti facti insectique, & menstruum totius exercitūs stipendium.

In Silesia & Moravia conatus Dorsten-
sonii utcunque repressi per Galassum, cui
denuò commissa in his partibus suprema
Praefectura exercitūs.

Felicius cecidit belli alea Gallis in Cata-
lonia ad castellum Mirabellam; item in
Campania, ubi sub Duce Enguieno de Hispa-
nis ad Rocrojam memorabili sed cruenta
victoria triumpharunt, quam auxit The-
onis villa non omnino bimestri obsidione in
eorum potestatem redacta.

In Ungaria nova constatur seditio Hun-
garorum, & Walachorum sub Ragozio
adversus Cæsareim, authoribus potissimum
Gallis & Suecis.

In Gallia fata Matris & Richelii secutus
Ludovicus XIII. decedit die 17 Maji, anno-
rum 42. Patri succedit filius Ludovicus
XIV. sub tutela quidem Matris, sed sub
consilio Ducis Aurelianensis; & eo absente
Principis Condæi, & Cardinalis Mazarini.

In Comitiis Imperialibus Francofurti e-
dicti articuli pacis, ut vocant, præliminares;
quibus pro locis futuræ compositionis de-
stinatum Monasterium & Osnabrugum in

West-

Westphalia, tesseræ securitatis promissæ, & dies conventui tam Monasteriensi quam Osnabrugensi constitutus vigesimus quintus Martii anni sequentis.

ANNO 1644.

Datum initium compositioni pacis Monasterii & Osnabrigi, & simul novo bello inter Suecos & Danos. His iussu Cæsar is suppetias tulit Galassus, sed quia nimis lentas, parum proficuas, Sueci ferè prævalentibus, nec paucas munitiones à Danis extorquentibus, nec Galassus immunis à clade mansit, cum lacero, multumque diminuto exercitu Ægrè in Bohemiam regressus.

Ad tractum Rheni superioris res prospéra Cæsariano-Bavaricis ab initio sub primo Ductore Mercio. Überlinga & Friburgum post obsidionem non admodum prolixam Sueco-Francis erepta. Turenus insuper & Condæus ad Friburgum gravi clade affecti, cæsis cum supremo castrorum Præfecto Russilonio, multisque Tribunis & Ducibus aliis, sex ferè gregariorum millibus, Labem Friburgensem eluere Galli anno adiutori expugnatione Philippoburgi, Moguntiæ, Spiræ, Wormatiæ, aliorumque locorum in Palatinatu non ignobilium.

In Transylvania res acta felicissime contra Ragozium. Hujus exercitum numerosissimum paucis licet copiis ita fatigavit Bucquoius, ut ad petendam pacem anno subsequenti compulerit.

In Belgio Galli potiuntur Gravelinga in Catalaunia Ilerda Hispani & copias Francicas sub Motta Ductore Prorege Catalaunias feliciter profligant.

In Podolia octoginta Tartarorum millia fugantur à Polonis, capta & occisa in acie 20000, occisorum in fuga ab efferatis colonis numerus non est relatus in annales.

In Anglia facies rerum turbulentissima exercitus Regius, qui adversus Scotos & Parliamentarios auxilio missus obfesso Eboraco, à Rebellenibus fusus, fugatus, & tormentis, impedimentisque omnibus exutus; Eboracum expugnatum, Rex ipse Oxonium cum reliquis copiarum fugere, Landus vero Archiepiscopus Cantuariensis etiam securi caput in foro Londinensi subdere coatus. Summa delicti capitalis, quod videtur in fidem Romanam propensior, & Carolo addictior, & Parlamenti consilium parum probaret.

Dedit hoc anno locum Urbanus VIII. Jo-

annii

*Eventus memorabi' es
anni Baptiste Cardinali Pamphilio, qui di-
ctus fuit Innocentius X.*

ANNO 1645.

Fuit hic annus tristibus ac lœtis intermix-
tus.

In Bohemia ad Taborem infeliciter con-
fligitur ab Hatzfeldio contra Dorstenson-
um Suecum. Culpa cladis rejecta in intem-
pestivam spoliorum direptionem.

Felicius cum Turenio confixit ad Herbste-
husium non procul Mergentheimio Merci-
us supremus Dux Bavarorum. Clades Gal-
lorum ex eo æstimari potest, quod reliquæ
universi exercitūs, vix fuerint mille & quin-
genti equites.

Cum eisdem post instauratas copias de-
pugnatum à Mercio ad Allerheimium &
Nœrdlingam magna utrinque virtute, vi-
ctoria ancipiti, strage Gallorum majori.
Amissa à Gallis signa militaria 70. à Bavaris
undecim. Triumphum hi canerent, nisi
Mercium perdidissent, Herōem sui ævi cla-
rissimum.

Bruna civitas Moraviae longâ sed inutili,
& irritâ obsidione premitur à Dorstensio-
nio, saluti urbi fuit fortitudo Souchii, &
virtus P. Martini Sredonii Soc. Jesu, qui
CON-

conspectus sublimis in aëre preces cœlo
fundere pro Brunensium incolumitate.

A Venetis, hoc anno amissa Canea urbs
Cretæ fortissima; periere in ejus obsidione
Turcarum 40000. adeo ut Ibrahimus Sul-
tanus dixerit, si sic sæpius vinceret, suum
imperium destructum iri.

A Francis capitul Motta in Lotharingia,
ab Hollandis Hulstum in Belgio

Inter Cæsarem & Ragotzium, Suecos &
Danos pax componitur.

In Hibernia religio Catholica per Secta-
rios supprimitur.

In Anglia contra Regem in Præfectum
Generalem eligitur Fairfaxius, in Subpræ-
fectum Cromvelius, uterque de secta inde-
pendentium, hominum scelestissimorum,
quibus pro regula fidei sola libido & vo-
luntas est.

Elector Trevirensis post decennalem ca-
ptivitatem urgentibus Legatis Franciæ &
Sueciæ libertati restituitur.

Negotium pacis in Westphalia fortiter
urgetur, sed lentè procedit.

ANNO 1646.

IN Austria, Moravia, Bohemia recuperan-
tur à Bucquoio loca plurima annis prio-
ribus à Suecis occupata. Pro

Pro Dorstensonio, qui dolore acceptæ clavis & ignominia ad Brunam ultro se abdicarat imperio militari, inclaruit hoc anno Wrangelius, non præliis, & victoriis, sed incendiis & depopulationibus, quibus Westphaliæ, Franconiam, Sueviam, Bavariam, omnemque latè regionem incendiarius prædo fœdè devastavit. Offendit tamen ad Augustam Vindelicorum, cuius obsidionem cum jactura duorum ferè milium solvere compulsus fuit.

In congressibus Monasteriensi, & Osnabrugensi tempus ferè extractum variis variorum postulatis, consultationibus & colloquiis, quibus pacta ad medium quandam rationem reducerentur.

Veneti sub Thoma Morosini bis Turcas prælio navalí vincunt. Vincuntur vicissim in Creta ad Rethimum cum hujus loci jatura, & Novigradū amittunt in Dalmatia.

In Belgio Franci frustra obnientibus Hispanis potiuntur Cortraco, & Dünkerka, in Catolonia verò cum ingenti clade, & j. Etura tormentorum & impedimentorum omnium septimestrem obsidionem Ilerdæ sive Leridæ solvere coguntur à Leganesio Hispanorum Stratego.

100P

In An-

In Anglia Fairfaxius Oxonium obsidet, Cromwellius exercitum Regium fundit, Rex mutata veste in Castra Scotorum fugit, sed paulò post ab aliis infami proditione pro 400000. libris sterlingis Anglis venditur. A Parlamento Episcopatus omnes abrogantur; Lestria & Oxonium occupantur; Parliamentarii insigni clade à Catholicis Hibernis afficiuntur.

In Italia Casimirus Ladislai Poloniæ Regis Frater contempta sæculi pompa Societatem Jesu ingressus, ex eadem retrahitur ad purpuram & galerum Cardinalitium.

Mense Augusto coronatur Bohemiæ Rex Ferdinandus Archidux.

Mense Octobri obit cum magno Hispaniæ luctu Hispaniarum Regis filius unicus adolescens annorum ferè sexdecim, destinatus maritus filiæ Cæsaris.

Moritur quoque sub finem anni Borbonius Princeps Condæus, qui natus & educatus in hæresi vixit, obiitque Catholicus.

Hoc anno Pontifici maximo Innocentio X. se sttit, eumque more Christianorum Principum osculo pedum veneratus fuit Don Aamathai, filius Tunetani Regis primogenitus, & hæres regni; qui ante aliquot

quot annos captus alloquio captivorum
Christianorū, capessendæ Religionis Chri-
stianæ desiderio, clam fuga ex Tuneto in
Siciliam se proripuerat, & à PP. Soc. Jesu
rite instructus sacro fonte ablutus fuerat.

ANNVS 1647.

Coloniensis & Bayarus Electores ineunt
indicias particulares cum Suecis, eorū
que fœderatis non sine indignatione Cæsa-
ris, quibus tamen paulo post, quod pactis
non staretur à Suecis, renunciatum ab utro-
que Electore, & arma rursum sociata Cæsari.

Wrangelius irrita obsidione 2. mensū
premit Lindavium ad lacum Acronianum,
in Franconia rāmen expugnat Schwein-
furtum & ad fines Bohemiæ Egram; ma-
jora meditatus reprimitur ab Holzapflio
Archistratego Cæsaris, & in Hassiam reji-
citur; ibidem à Cæsarianis Marpurgum
expugnatum & à militibus direptum.

Scoti tradunt Regem Anglis ea tamen
expressa lege, utrinque juratō firmata, ne
quid gravius statuatur in personam Regis,
qua tamen perfidè violata intelix Carolus
à perduellibus Duumviris à carcere ad car-
cerem ignominiose raptatur, incassum la-
borante pro ejus liberatione nobilitate.

Neapoli

Neapoli gravissimè hoc anno tumultuatum à plebe ob immoderatas exactiones, & auctas enormiter gabellas, Duce vili, quodam Piscatore Thoma Aniello, qui stipatus factiosorum turba vestigalia passim sustulit, & in obstantes sine delectu ferro & rapinis desæviit, extorti tamen brevi cum vita fasces furioso rebelli, caput suffixum hastæ, cadaver tractum per urbem; suppressus inde non nihil tumulcus, non sublatus.

Hollandi pacem petunt & impetrant à Rege Catholico, retenta nova Reipublicæ forma post 80 annorum rebellionem.

In Dalmatia Veneti prosperè bellum gerunt cum Turcis, Xomonicum occupant, Novigradum recuperant, Scardonam capiunt & Sebenicum repulsis Barbaris fortiter propugnant.

Defuncto Anselmo Casimiro evehitur ad septemviratum Moguntinum communis suffragantium consenfione ex nobilissima Schönborniorum familia Joannes Philippus Episcopus Heripolensis, qui rebus pro Germaniæ quiete & incolumentate præclare & feliciter gestis per totum imperium cum insigni nominis, præcæ sinceritatis, & matu- & præ prudentiæ fama inclaruit. **E**

NEcdum omnino finis bellorum, tumul-
tuum & malorum in Germania, mi-
nus in tota Europa.

Bavaria & Suevia à Gallo-Suecis sub Tu-
renio & Wrangelio rapinis, incendiis &
direptionibus fædum in modum devasta-
tur.

Pragæ Urbs parva cum Ratschino arce
Regia inopinatâ impressione à Königsma-
ckio invaditur, expugnatur, & diripitur; ab
obsidione verò urbis veteris & novæ cum
strage quatuor millium recedere compelli-
tur virtute potissimum Coloredi urbium
Præfecti & Academicorum, quorum in re-
primendis hostilibus insultibus fortitudo
incredibilis toto obsidionis tempore emi-
nuit.

Ernestus Landgravius Hassiæ à Lamboio
Ductore Cæsareo ad urbem Geisecam cæ-
ditur.

Regnum Neapolitanum novis tumulti-
bus succutitur, & à populo Neapolitano pro
novæ Reipublicæ Gubernatore acceptatur
Dux Guisius nuper è Gallia ad fovendas has-
turbas emissus.

Parisiis ~~insurgit~~ Parlamentum contra Re-
gum

gem & Mazzarinum, & hujus authoritatem
depressam cupit.

In Hispania conjurati contra Regem Ca-
tholicum comprehensi, quos inter Carolus
Padilia, & Petrus de Sylva decollati, Rode-
ricus de Sylva perpetuo carceri addictus, &
Joannes Padiliæ frater voluntariâ inediâ in-
teriit; Rex die latæ sententiæ jussit exponi
in omnibus templis sanctissimam Euchari-
stiam, & tria millia Missarum celebrari in
suffragium eorum, quos suppicio affecerat.

In Sabaûdia quoque conjurati, ut sorti-
legiis aut veneno tollerent Christianam ma-
trem cum filio Duce, per quendam Theolo-
gum detecti & puniti.

Constantinopoli post occisum primum
Vezirium præfocatus & ipse est Ibrahimus
à Janizaris.

In Anglia Rex accusatus à Fairfaxio &
Cromvelio apud Parliamentum per libellū
supplicem de gravibus criminibus, quorum
hæc summa, Regem accendisse civile bel-
lum, voluisse opprimere Parliamentum, ex-
terna quæsiisse auxilia, Germanos equites,
Hibernos pedites conscripsisse, imposuisse
urbibus præsidia, cæremonias Papisticis si-
miles induxisse, imperâsse gravissima vecti-

galia atque portoria , promisisse Scotis 4. provincias Boreales , & Londini direptionem , si vel Parlamentum tollerent vel ejus autoritatem abjicerent ; sed cum libello non responderetur , irritati Fairfaxius & Cromvelius cum exercitu Londinum advo- lant , urbeque recepta ex Parlamento sibi suspectos ejiciunt , Regemque ex Insula ad judicium adducendum curant.

Ladislao Regi Poloniæ mense Junio morte repentina sublato succedit mense Novembri Polonorum voluntate ejus fra- ter Casimirus Cardinalis , quo ipso tempore in Russia Cosaci & Tartari omnia ferro & flammis exscindunt.

Interea , dum tota pene Europa tremit turbulenti motibus , maturuit tandem in septentrione post tot exantlatas difficulta- tes pax Germaniæ Monasterii Westphalo- rum ; ne quicquam obnitente Nuncio Apo- stolico Fabio Chisio , postea summo Ponti- fice Alexandro VII. 24 Octobris obsignata , & postridie ritu solenni publicata , probrosa illa quidem Imperio , & Ecclesiæ , necessaria tamen , ne majus utrique , tempore ipso , de- decus inureretur.

AN

INitium hujus anni catastrophen addit tra-
gœdiæ Carolinæ in Anglia. Ineunte Fe-
bruario Rex miserandus à subditis ad mor-
tem damnatus, & 10 ejusdem mensis ad sup-
plicium inter satellites ad locum supplicii
ductus, parricidio sæculis & gentibus om-
nibus execrando, capite truncatur: obierit
ne hæreticus, an, ut quidam retulere, Catho-
licus, novit solus, cui nota sunt omnia.

Inde pars Parlamenti melior conflata ex
proceribus, dicta *Domus superior*, extincta,
sublata Monarchia, & nova Reipublicæ
forma constituta, cui sub titulo Gubernato-
ris jussus præesse Cromvelius, vir quanti in-
genii, tantæ perfidiæ & nequitiae; Fairfaxio
concredita cura ex exercitu, ab Hibernis &
Scotis acclamatus Rex Carolus, filius occisi,
qui cum fratre Duce Eboracensi versabatur
in Hollandia.

Classis Turcica sub novo imperatore Ma-
homete, qui loco parentis Ibrahimi inter-
empti imperium accepit, à Venetis partim
debellatur, partim incenditur.

Ludovicus Rex Franciæ rebelles Parisi-
nos obsessa Lutetia famé cogit ad obsequia.

Poloni sub auspiciis novi Regis Casimiri

E 3 ingenti

ingenti virtute & felicitate fundunt fugantesque 300 Cosackorum & Tartarorum milia, coguntque Cosackos ad acceptandam pacem legibus, quas victores victis dictare solent.

Norimbergæ incipit tractari ab Ordinibus Imperii de executione pacis. Expediturque mense Novembri diploma de facienda militum exauctoratione.

Sacræ Reliquiæ Ss. Cosmæ & Damiani, quæ asportatae erant mense Mayo ex Bafilia Bremensi Monachium opera Maximiliani Electoris, transferuntur mense eodem pompâ splendidissimâ ex sacello Aulico in templum Collegii Monacensis Societ. Jesu, curationes prodigiosas ope illorum factas Monachii refert Author Annal. Boicorum. Monacenses certè suffocatam Monachii in tempore pestilitatem adscribunt planè invocationi beatorum Medicorum Cosmæ & Damiani.

ANNUS 1650.

Celebratum est hoc anno Jubileum Romæ magno Christianorum concursu; ibidem damniata pax Germanica, qua natus Electoratus erat constitutus, & Ecclesiæ bona alienata, quæ fieri debuisse, se incolus, negavit Pontifex, Lon-

Londini dejectæ sunt Jacobi & Caroli statuæ, ut Regiæ tyrannidis monumenta. Affecti insuper supplicio, aut acti in exiliū, qui Regiæ authoritati favere videbanrur.

Scoti declarati hostes Reipublicæ Angliæ, victique acie à Cromvelio fugere Sterlinum, ab eodem occupatum Edimbur-gum.

In Gallia Princeps Condæus cum Prin-cipe Contio & Duce Longavillæo tanquam nova molientes jussu Reginæ & Ducis Au-relianensis comprehensi & in custodiam dati, frustra Turenio Principum libertatem armatis precibus postulante; victus enim, fugatúsque à Mazzarino Marte cruento ad Rethelium didicit de se deinceps quam de captis sollicitior esse.

Veneti feliciter certant in Creta adver-sus Turcas, & Hispani contra Gallos, eisq; extorquent Dertosam, Populomum & Por-tum Longonem.

Cæsar tertiis nuptiis ducit Eleonoram Gonzagam sororem Ducis Mantuæ.

Madriti suscipitur ingenti pompa Cæsa-ris filia, Maria Anna, Regi Hispaniarum Viennæ despota, eò majori gaudio His-panorum & Germanorum, quod Domus

E 4 Austria-

Austriaca his nuptiis firmari videretur, & adversus potentissimos adversarios communiri.

Mense Octobri coronata est Christina Regina Sueciæ, magnificentissimè explicatis Germaniæ spoliis; huic destinabatur sponsus Carolus Gustavus Palatinus; sed quia hæc cælebs vivere decreverat, idem destinatus ei successor.

ANNO 1651.

Carolus II. Rex à Scotis coronatus cum numeroso exercitu contendit in Angliam adversus Cromvelium; sed ab hoc victus profligatusque cum universa pene nobilitate Scotiæ, fugit mutato habitu Vigornum, & inde in Galliam.

In Anglia multi Catholici in odium fidei Orthodoxæ occisi, quos inter eminuit Episcopus Ronensis, qui etiam exsectâ lingua perrexit prædicare veritatem Catholicam; quo miraculo insanentes hæretici cor Mar, tyri a pectore abstraxere, quod ad semihorâ quasi nova lingua palpitavit.

In Gallia captivi Princes opera Parlamenti dimissi custodiâ redeunt Parisios, ibique magno plausu excipiuntur. Mazzinus vero jussu Reginæ vi & armis adversario-

sriorum expresso excedit regno, & per Sedanum fugit Coloniam ad Electorem. Fugam secuta proscriptio ejusdem solennis à Parlamento, promissis 60 aureorum milibus sicario, qui Cardinalem occiderit. Susceptâ tamen paulò post administratione regni à Ludovico XIV. anno ætatis 14. Mazarinus, ita volente Rege, redit ad Franciæ confinia armatus, Condæus contra cum fratre Contio & Marsinio Prorege Cataloniæ deficit ad Hispanos, quanto horum honore & commodo, tanto nominis Gallici dedecore & danno.

Veneti prosperè contrà Turcas bellum sustinent.

Rex Casimirus Polonus die 30 Junio potitur insigni victoriâ & prædâ de Cosakis & Tartaris cæsis Barbarorum plus 10000, de suis desideratis vix 2200.

Moritur hoc anno Maximilianus Elector Bavariæ, anno ætatis 78. Princeps ex aequo religiosus, prudens, & in paucis ad fidei Catholicæ & Imperii incrementum semper animatus.

ANNO 1652.

Hoc anno Romam venit legatio ex Sianis, quam obiit P. Martinus Martini-
E s us ex

ex Soc. Jesu, missa à Jungliæo Imperatore Si-
narum, cuius mater & filius primogenitus,
dictus Constantinus cum Principe Eunu-
chorum Achille Panga, jam Christianis a-
qu iserant abluti.

Plebs Parisiensis iterum in seditionem
versa, incentore potissimum Condæo, qui
ignoto habitu Parisios in hunc finem advo-
laverat, non sine cædibus tumultuatur. A-
criter pugnatum inter Regios & seditiosos,
quos tandem Rex vincit, & ad æquiora adi-
git. Tum Condænm, Contium Duce, Ru-
pifocensem, & Ducissam Longavillæam
rebelles & reos læsæ majestatis proclamat,
& Mazarinum reducem ab exilio honori-
ficienissimè cum tota aula excipit; Cardi-
nalem verò Redesium, tanquam virum tur-
bulenti & inquieti ingenii, & Mazarino ad-
versantem comprehendit, & in custodiam
Vicennialium abduci jubet.

Angli authore Cromvelio bellum indi-
cunt Batavis ob piscationem pelamidum in
Oceano Scoto c circa Orcadas.

Hispani recuperant Belagueriam, Ge-
rundam & tandem Barciconem. In Belgio
verò Gravelingam; moxque Dünkerckam
peste laborante in ad ditionem cogunt.

Ferdinandus Imperator comitia celebrat
Ratisbonæ mense Decembri.

Poloni primò victores Cosaccorum su-
perantur ab horum auxiliaribus Tartaris.
Caminiecka tamen tentata septies, illæsa
semper perstigit, naturâ loci simul & virtu-
te propugnatorum.

Sub finem autumni herbæ & radices ar-
borum absumptæ in Polonia à Locustis.
Unde anno insequenti orta famæ & gravis
pestilitas extinxit multa hominum millia.

Hoc anno demùm festo trium Regum
Coloniæ publicè in manibus Electoris &
Archiepiscopi solenniter ad aram facientis
professus est Ernestus Landgravius Hassus
Rheifelsensis cum conjugè Eleonora Maria
Comitissa Solmensi, fidem Catholicam,
quam postea etiam scriptis egregiè propu-
gnavit.

In Africa hoc eodem anno adjunctus est
Christo operâ PP. Dominicanorum Rex
Monomotapæ cum conjugè, & filio pri-
mogenito. Regi inditum est nomeu Do-
minici, Reginæ Ludovicæ. Filio placuit
nomen Michælis, qui spreto subinde regno
amplexus institutum S. Dominici, & studiis
cum laude absolutis Magister Theologiæ

creatus, totus deinde fuit in promovendâ
Cafrorum, sacerum populariū, conversione.

ANNUS 1653.

Mense Majo die 31 eligitur Augustæ Vindelicorum in Romanorum Regem ab Octovirum Collegio Ferdinandus Hungariæ & Bohemiæ Rex, Ferdinandi Imperatoris filius, inauguratus mox sequente Julio Ratisbonæ ingenti pompâ; deinde Ferdinandus IV. sed non diu appellatus.

In Campania Galliæ Cardinalis Mazarinus rem prosperè gerit contra hostes Franciæ.

Cromvelius pace ubique per Insulas Britannicas composita etiam Scotiæ & Hiberniæ Protector renunciatus, ea in Parlamento & regno authoritate & potestate armatâ perfecit, quæ Reges Angliæ etiamnum fieri posse desperant.

Acerrimè hoc anno certatum sæpius in utroque mari à duabus formidandis classibus Anglicâ & Batavâ, sed dubio plerumq; Marte & ancipiti victoria, magis tamen conversa ad Anglos, quam Batavos. Unde hi ab illis quasi victi pacem turpiter postularunt.

Hoc anno mense Majo Innocentius X.

pro-

proscripsit, dogmata Jansenii Ispensis Episcopi tanquam aliena à fide, quæ tanto ambitu & sumptibus à quibusdam Doctoribus fuerant hætenus propugnata.

Catholicorum numero, desertis sacris heterodoxis, accensita est Elisabetha Amalia Magdalena Landgravio Hasso-Darmstadiana, Philippi Wilhelmi Ducis Neuburgi, postea Electoris Palatini conjunx, Imperatoris, Regum Hispaniæ & Lusitaniæ Socrus, & non minùs copiosæ, quam augustinæ posteritatis fœcunda parens.

ANNO 1654.

Morte præmaturâ ex pustulis abreptus ex humanis hoc anno fuit Romano-rum, Ungarorum & Bohemorum Rex Ferdinandus IV. & regna terræ cum cœlo permutavit, magno rei Christianæ luctu, cuius in gloriam & felicitatem adolefcebatur.

Eodem meuse, dum Ludovicus XIV. in solenni inauguratione Rhemis diadema & sceptrum suscipit utrumque in Suecia coram senatu & proceribus deponit Christiana Regina Sueciæ incredibili dolore & stupore subsiditorum, & in Carolum Gustavum Comitem Palatinum transfert, retentis duntaxat in sustentationem annuam ducentis

imperialium milibus. Libera imperii mole
Christina mox ex Suecia solvit Hamburgū, inde contendit in Belgum Bruxellas. Hic in præsentia Leopoldi Archiducis & Piemontelii Regis Catholici legati in Suecia nocte ipsa præcedentem Natalem Domini privatim Lutherum ejurat, professa fidem Romano-Orthodoxam, quam edocta fuerat à P. Guimesio Dominicano, qui dissimulato habitu illi in Suecia fuerat ab epistolis & secretis.

Alexius Michalovizius Dux Moschorū Smolenskum expugnat. Victor urbem ingressus iconem quandam B.V. eò quondam ex Roxolania delatam magna veneratione coluit, eiq; uni rem benè gestam adscripsit. **R**ex Ludovicus Atrebatum, pulsis Hispanis obsidione liberat.

Carolus Dux Lotharingiæ in Belgio Hispanis suspectus ob clandestinam cum Mazarino, amicitiam captivus abducitur Bruxellas, inde relegatus in Hispaniam.

A N N U S 1655.

Sub anni hujus initium finem vivendi fecit Innocentius X. confectus ex febribula ad hydrope accidente.

Eius locum occupavit 6 Aprilis Cardinalis

lis Fabius Chisius, Senensis, electus tantâ conspiratione suffragiorum, quantâ nullus per annos 300. Pontifex alius, dicique voluit Alexander VII. Adorandus de more, sedem in medio altari collocatam retraxit ipse ad cornu Evangelii, negavitque se eo confessurum loco, ubi corpus Christi conficeretur. Tum sibi Sarcophagum parari jussit, ut mortis cogitatio semper illi ob oculos veraretur. Affines & Nepotes suos pauperes dixit, quibus ut Christo, ita sibi propinquiores nullos esse afferunt.

Christina Reginæ Sueciæ venit ex Belgio Oenipontum, ubi in præsentia fratrum Archiducum Ferdinandi & Sigismundi & Lucæ Holsteini Protonotarii Apostolici, aliorumque ex formula Concilii Tridentini publicè fidem Catholicam est professa; novembris. movit inde Lauretum ad sacram æbículam Verbi Divini incarnatione consecratam; cui cum propiùs accessisset, reliquum itineris, quamvis luculentí, pedes confecit, obtulitque Reginæ Cœli coronam & sceptrum gemmis pretiosissimis referta. 19 Decembris urbem ingressa apparatu solennissimo à Pontifice & toto purpuratum Senatu est excepta. Die Natali Domini

ni à

ni à Pontifice sacro confirmationis oleo de-libuta, ejus quoque nomen suscepit, ut eum haberet patrem in Christo, qui esset pater orbis terrarum.

Leopoldo Ignatio Imperatoris secundo-genito juratur à statibus Austricæ & à Proceribus Hungariæ imponitur mensio Julio Posonii Regium diadema.

Rex Galliæ edito decreto excludit ab officiis aulæ suæ, siue stratis omnes Hugonottas.

Bulla Pontificia contra Jansenistas acceptatur Parisiis ab Ecclesiasticis.

Turcæ vincuntur à Venetis ad Sestum & Abydum.

Poloni hoc anno, præter proditores domesticos à tribus fævissimis hostibus externis impetiti, Suecis, Moschis & Cosakis penne ad incitas & ultimum excidium sunt radauti. A Sueco capta Varsavia, Thorunum, Cracovia, aliæque urbes plurimæ. A Moschis Lithuania cum Vilna Ducatus metropolis incendiis & rapinis devastata.

Hoc anno 30 Decembr. nuncium remisit Lutheranismo, fidemque Orthodoxam unâ cum conjugi, stirpe Rheingraviâ professus coram Archiepiscopo & Electore

Mogun-

Moguntino Joanne Philippo, Christianus Augustus Comes Palatinus Rheni, & Princeps Sulzbacensis.

ANNO 1656.

PRagæ inauguratus est solenni ritu & splendidissima pompa Rex Bohemorum Leopoldus Rex Hungariæ.

Romæ & Neapoli pestis peracerba sævit, cui cum remedio terra non inveniret, cœlum attulit. Neapolis agnoscit & veneratur suum servatorem Franciscum Xavérium Indiarum Apostolorum.

Poloni hoc anno, novis licet cladibus affecti, instauratis tamen animis & viribus eâ vi & fortitudine in Suecos irruerunt, ut eos semel, iterum ac tertio profligârint, & cum Varsavia omnem prædam Poloniæ extortâ receperint; Moschis insuper & Cosakis ad æquas pacis conditiones adactis, recuperârunt Lithuania, Podlasiam, & Russiam rubram.

Iterum binis vicibus victa & profligata est classis Turcica à Venetis. Duplicis victoriæ præmium fuit capta Tenedos.

Pace firmata inter Anglos & Gallos, bellum erumpit inter Anglos & Hispanos. Unde Carolus Rex Britannia desertâ Francia secedit Bruxellas.

Par-

Parisiis apparatu spendidissimo excipi-
tur Regina Sueciæ.

Galli cum clade & jacturâ tormentorum
repelluntur ab obsidione Valencenarum.

In Anglia exorta est secta Trementium
(ab Anglis voce patria dicuntur Quacrii)
quod inter orandum toto corpore contre-
miserent, eorum author Jacobus Naylos
ex imperio Cromvelii captus, & exceptus
verberibus jussus est exulare.

Defuncto Joanni Regi Lusitaniæ succe-
dit ejus primogenitus Alphonsus IV, coro-
natus 15. Novembris.

A N N U S 1657.

Luctuosum hunc annum fecit Imperio &
Domui Austriacæ Ferdinandus III. Im-
perator rebus humanis exemptus & cœlo
transcriptus 2. April. Princeps pietate, re-
militari, prudentiâ & litteris, omnino præ-
ftans ac insignis.

Veneti novâ potiuntur victoriâ aduersus
Turcas ad Seston & Abydum (vulgò ad
Dardanellas) quæ major fuisset, nisi stetis-
set Mocenico magnæ virtutis ac experien-
tiæ Duce, qui cum multis nobilibus navis
sua accenso pulvere tormentario confa-
gravit.

1300A

Hispa-

Hispani Gallis eripiunt Fanum S. Gisse-
ni, Hispanis econtra Galli Fanum S. Venan-
tii & Mommedium; Cameracum tamen
frustra tentant, Condæo adhuc adversario
eorum conatus egregiè retundente.

Doctrina Janseniana jussu Regis Chri-
stianissimi severissimis decretis à senatu Pa-
risiensi cum suis Professoribus proscribitur.

Societas Jesu operâ sumimi Pontificis in
Dominium Venetorum reducitur, & ab
universo statu honorificentissimis singula-
ris benevolentiae significationib⁹ excipitur.

Cracovia recuperatur à Polonis ope Cæ-
sarianorum.

ANNVS 1658.

Neapolitani accensuēre hoc anno S.
Franciscum Xaverium urbis suæ Pa-
tronis, quod præstitere cā pompā & magni-
ficentiā, ut vix quidquam simile Neapolis
viderit.

Francofurti mense Julio die 28. renun-
tiatus est Cæsar, Leopoldus Hungariæ &
Bohemiarum Rex, eo majore gaudio & plausu
eorum, quibus cōrdi fuit salus Imperii & in-
crementum Domus Astriacæ, quo laboro-
siss ad hoc supremum orbis fastigium vir-
tuti eluctandum fuit.

Accer-

Acerrimè hoc anno pugnatum inter Suecos & Danos, horumque fæderatos Batavos. In Suecorum potestatem cessit insula Fonia; Obsidionem tamen Haffniæ post profligatam suam classem in freto Sundico à navibus Batavis Danorum auxiliaribus cum clade incensis castris solvere coguntur.

Galli suæ ditioni adjiciunt partem non modicam Belgii cum Dünkercka, Gravelinga, Ypris, aliisque urbibus non ignobilibus.

Mense Septembri moritur in Anglia Cromvelius Gubernator magnæ Britanniæ relicto Successore, dignitatis filio Richardo.

Thorunum post cruentam sex mensium obsidionem à Cæsariano - Polonis ad dedicationem cogitur.

Thomas Villanovanus Archi-Episcopus Valentinus 1. Novembr, à Papa Sanctorum cætui solenniter accensetur.

ANNO 1659.

Iterum ab obsidione Haffniæ cum magnâ clade rejiciuntur Sueci mense Februario à Danis, firmatis subsidio Cæsareo; Ejusdem ope ejiciuntur Sueci ex insula Fonia, quam anno elapso occupârant, ac fœde diripuerant.

Menſe

Mense Majo ineunte armorum indicta suspensio Hispanos inter & Francos, prænuncia vicinæ pacis, quæ demum 12. Novembris in insula Phasianorum fluminis Vidossæ prope Bajonem, ubi dividitur Gallia ab Hispania, confecta est per Matrimonium conclusum inter Regem Christianissimum, & Teresiam filiam Regis Catholici cum pacto, ut illa renunciaret Juri succendi in Regno Hispaniæ deficentibus masculis.

In Anglia novæ turbæ. Ineunte Majo, agentibus præcipue Muckio Scoto & Lambertio Anglo, Ducibus exercitūs Anglii & Scotici, Parliamentum novum dissolutum, vetus restitutum, Protector Richardus ex-authoratus, & ne aliquid auderet, prudenter provisum & illi & regno.

Dux Lotharingiæ capti⁹ in Hispania libertati restituitur, protestatur contra quædam capit⁹ pacis Hispano Gallicæ.

Inter Turcas & Ragozium Transylvanū vario Marte pugnat⁹, Transylvano tamen semper formidando Turcis seu victo seu victore.

A Morosino Venetæ classis Præfecto expugnata in Morea utb⁹ Methone; & fauces interclusæ Hellesponti.

AN-

ANNUS 1660.

Carolus II. revocatur à Parlamento ad sceptrum paternum Angliæ, his conditionibus, ut parcat parricidis parentis Caroli, non ducat uxorem diversæ religionis à Protestantibus, non abroget edictum adversus Catholicos. Solos ritus Scoticos in Ecclesiis observari jubeat, nec Gallos aut Hispanos in regnum introducat. Exceptus fuit Londini, quam honorificentissimè, & singulari omnium Ordinum voluptate, decretumque, ut dies ille ingressus memoria perpetua recoleretur; Subinde authores Principes patricidii Regii morte jussu Senatus mulctati; ossa etiam Cromvelii, & aliorum ex humo refossa, & sub furcis publicis infamibus ignibus combusta.

Fontarabiæ nuptiæ celebratae inter Mariam Theresiam & Ludovicum XIV. per illius procuratorem Harosium meuse Junio, Eodem mense post amicum congressum Regis Hispani cum Ludovico in Insula Phasianorum perfectum matrimonium Lucii in æde S. Joannis. Secutus ingressus solennis Regis & Reginæ Parisios ea pompa, cui similem Lutetia nunquam viderat.

Improspero Marte hoc anno certatum à
Vene-

Venetis contra Turcas, infeliciter ab iis tentata Canea, Nigropons, & Cythera; cæsi insuper & fugati ad Candiam.

Ragozius in pugna ad Hermanstadium quatuor lethalibus plagiis sauciatus Varadini moritur, Varadinum à Turcis occupatur.

Moſchi ſemel iterumque à Polonis gravifimè cæsi ad petendam pacem adiguntur, quam tamen impetrare nequeunt.

Moritur Carolus Gustavus Rex Sueciæ. Christina fruſtra ab Ordinibus ad repetenda gubernacula regni, & ejurandam fidem Catholicam invitatur.

Novis tremit motibus Calabria; Vesuvius flamas, lapides ignitos, & cineres evomit.

ANNUUS 1661.

Romæ Alexander VII. ad pias preces Regis Catholici peculiarem constitutionem edit in favorem propugnantium Dei parentem in primo conceptionis instanti à labe origiuis præservatam, pænasq; fulminat in eos, qui ſententiam tam piam quoquo modo vellicare auſint.

Rex Angliæ coronatur Westmonasterii mense Mayo; firmat nuptias cum Catharina ſorore Regis Lusitaniae indignante & fremente

fremento Hispano: Permissi Catharinæ ad obsequia iο Religiosi, decretumque, tollenda Elisabetbæ edicta contra Catholicos, & permittendam libertatem religionis. Vetus ab eodem, si vera scribit Ricciolus Italius, e suis carnis feria 6, & 7. Iancitum etiam jejunium Quadragesimæ; Jesuitæ tamen Parlamenti edicto toto regno exulare jussi: In Scotia mense Junio quidam nobiles læsa Majestatis rei supplicio ultimo affecti.

Dux Montecuculius missus subsidio laboranti Janosio Kiminio Principi Transylvaniæ contra Turcas, eorumque Clientem Abaffium invasorem Transylvaniæ, pugnâ comissâ ad Camblium eosdem cum Tartaris grandi clade prosternit. 1500. partim in captivitatem abstracta. Aucta Turcarum clades in Boſſnia à Comite Nicolao Zrinio Hungaro, viro forti & bellico: nec nihil paſſi sunt à Venetis, qui juncti Melitensibus in portu Insulæ Chii 33. triremes Turcicas occiso Bassa Mazzamam in cineres redegerunt.

Moschi hoc anno pene cladibus consumpti, hinc à Tartaris, illinc à Polonis, in quorum potestatem rediit Vilna.

Regi Hispaniarum natus est Infans di-
ctus

Etus postea Carolus II. Regi Franciæ Delphinius; si per fata liceat, dicendus, Ludovicus XV. Parisiis atrox incendium aspectu sanctissimæ Eucharistiaæ derepente reprimitur.

Rex Daniæ suppressa authoritatè Nobilium potestate illimitatam in regno exercere incipit.

ANNUS 1662.

ROmæ gravis exorta dissensio inter Pontificios, & Ducem Crequium Regis Christianissimi legatum ob occisum à milite Corso Bertoum famulum Ducissæ Crequianæ. Crequius plenus ira & minis discessit Roma. Pontificius vicissim legatus remissus ex Francia 30 stipatus militibus ad pontem usque Bellovacensem.

Frustrè tentatur compositio rei Transylvaniæ & pacis claudicantis inter Cæsarem & Turcas instauratio. Unde illico à Turcis Claudiopolis cincta obsidio, quod tamen brevi cum magna clade Turcarum à Cæsarianis sublatum.

Comites Zrinii Nicolaus & Petrus pergunt esse infesti Turcis, excitato in hunc finem novo fortalitio quod dictum Zrinwrium.

In Gallia innovantur decreta adversus Hugonottas. Authores novæ sectæ illuminatorum iussi includi carceribus. 23 tempora hæreticorum in ditione Gebenensi æquata solo.

In Anglia detecta conspiratio plusquam decem millium conjuratorum adversus Regem Duxem Eboracensem, aliósque Ministros Regios, imò totam urbem Londinensem. Conjuratorum plerique erant Anabaptistæ, Presbyteriani, Quaceri, & alij hujusmodi furfuriis homines.

Inter Anglos & Lusitanos pax perpetua sancitur : sed inter Lusitanos & Hispanos bellum recrudescit, & magna utrinque alacritate paratur.

Carolus Dux Lotharingiæ concedit Regi Franciæ ditionem suam certis conditionibus, quas tamen ejus propinq' ai vehementer improbant, & aperte impugnant.

Cosaki semel victores Moschorum bis ab eorum profligantur.

AN N U S 1663.

Pontificii se armant contra vim Gallorū, quam terrā marique ditionibus statūs Ecclesiastici minaciter ostentant.

Turcæ aggrediuntur Vivarium (Neuhausen)

heū fel) in Hungaria mense Augusto, & post obsidionem 6 hebnomadarum ad deditiōnem cogunt, magno rei Christianæ detrimento; culpa maturatæ nimirū deditiōnis rejecta in Forgazium urbis Præfectum. Parem sortem subierunt Nitria, Leventiū & Novigradiū, aliāque loca in Hungaria superiore ignavia Præfectorum; expta inde à Tartaris Hungariæ & Austriæ vastatio & propagata in Moraviā usque & Silesiam; latius prolatu terror & in ipsis Germaniæ visceribus irrepidatum; repressi tamen fusique semel ac iterum à Petro & Nicolao Zriniis, egregiis Hungarisi, Turcæ in finibus Croatiæ & Stiriæ.

Joannes Austriacus Archistrategus Hispanorum eripit Lusitanis post 6 dierum oppugnationem Eboram, quam tamen paucò post eisdem post insignem cladem rursum cedere cogit.

Londini promulgatur edictum, ut exceptis famulis Reginæ omnes Catholici intra triduum ex Anglia, & intra octiduum ex Scotia & Hybernia excedant.

Oeniponti obiit Ferdinandus Carolus Archidux Austriæ lineæ Tirolinæ, unica reliqua filia Claudia, quæ postea Leopoldo Cæsar

*Eventus memorab*s**
sari nupsit, Successorem habuit in principa-
tu Sigismundum.

ANNVS 1664.

Mense Februari*o* dirempta controversia
inter Alexandrum Pontificem, & Lu-
dovicum Francorum Regem: Caput pa-
ctorum, ut Pontifex Corsis à Sedis Aposto-
licæ militia perpetuo abdicatis, pacis inte-
græ memoriam in marmore Romæ extare
procuraret; Rex vicissim Avenionem, &
comitatum Vindascinum nuper Ecclesiæ
ablatum eidem restitueret.

A Turcis expugnatur Zrin*warium*; à
Cæsarianis in Hungaria superiori sub Sou-
chio Nitria, Leventium & alia nonnulla lo-
ca, in inferiore captæ Quinqueecclesiæ, ex-
ustus item pons ingens Esseckensis, Canisa
tamen frustrà tentatur.

Primo die Augusti secuta victoria in si-
gnis Cæsarianorum Duce Montecuculio de
Turcis ad S. Gothardum, occisis cruenta
strage Barbarorum sexdecim millibus, dum
Arihabonem fluvium aut trahicere, aut flu-
minis transitum sociis sternere satagunt; vi-
ctoria adscripta potissimum cataphractis
Cæsarianis. Nec nihil egérunt auxiliares
Galli submissi à Rege Christianissimo sub-

Duci-

Ducibus Foliadeo, & Colineo; victoriæ fructus, sed forte præfestinus, fuit pax post dies decem à pugna inter Cæsarem & Ottomannos confecta, quæ sequenti anno legationibus & honorariis utrinque confirmata; Vivarinum relictum Turcis; Imperatori permisum in vicinia ad Vagum Fluvium aliud exstruere Fortalitium, cui postea à Leopoldo datum nomen.

A Lusitanis capitur Alcantara Urbs Hispaniæ. Ab iisdem cæsi Hispani ad castrum Roderici; facta paulò post amorum suspensio inter Lusitanum & Hispanum. Ab hoc petitum, ut deficiente linea masculina Domus Brigantinæ Lusitania devolveretur ad coronam Hispaniæ.

Erfordia reducitur vi armata à Joanne Philippo Moguntino Electore ad primæ obedientiæ Sacramentum, cui se subducere jam à multis annis cæperat.

Obiit hoc anno famosus ille Nicolaus Zerinius enectus, ut dictum, inter venandū morsu fatali apri.

Polonia foris victrix Moschorum labrare incipit intestinis dissidiis ex nimio Reginæ Mariæ Nivernensis commercio cum Gallis.

Episcopus Monasteriensis graviter colliditur cum Hollandis ob ademptum Eyderum castrum Emdensi in Frisia Comiti, eosdem inter &c Anglos jaciuntar seminabelli in mari per mutuas navium prædationes.

Die 15 Decembris cæptus videri in cælo ingens Cometes, cauda oblonga coloris plumbei, occasum & septentrionem versus protensa, tardus in principio & fine, velox in medio.

ANNUS 1665. Hda

Romæ Divis adscriptus ab Alexandro VII. Franciscus Salesius, Gebennensis Episcopus.

In Gallia jussi à Rege Episcopi & Ecclesiastici universi subscribere intra tres menses Bullæ Alexandri VII. contra Jansenistas, Hugonottæ verò vel esse Catholici vel esse ab officiis & artibus exclusi: Censura Sorbonæ adversus librum de infallibili Pontificis authoritate à Clero Gallico fortiter repressa, scriptum quoddam, in quo Robertus Sedis Apostolicæ Nuntius sibi asserebat Pontificis delegati titulum apud Regem & regni ordines publicè apparitoris manibus laceratum. Arma Batavis sub Comite Prædelliō

dellio adversus Anglos, & Episcopum Monasteriensem sociata.

Parisiis exceptus honorifice à Rege & Regina Pater Dominicus Ottomannus, Ordinis Præd. frater Imperatoris Turcarum & primogenitus Ibrahimi, qui anno 1644 captus fuerat ab Equitibus Melitensisibus, cù Sultana Matre in itinere versus Mecham.

Dux Eboracenfis frater Caroli Anglorū Archithalassus, conterit classem Batavicam. Victori applausit Londinū festivis ignib⁹.

Ab Hispanis rursum conclamatum ad armā adversus Lusitanos, sed improspere. Ad villam vitiosam castris exuti, fusi, fugatique, desiderarunt equites 2400. pedites 6000.

In Polonia factioni Gallicæ fortiter se opponit Lubomirskyus Dux confederatorum, sed à majore numero regiorum obtutus cedere vi & tempori rati, sper cogitur.

Mors Philippi IV. Hispaniarum Regis secuta 17 Septembris fidem fecisse visa est auguriis, quæ ex ultimo Cometa nonnulli traxerant. Successor acclamatus Carolus II. puer quadriennis sub tutela & administratione Matris & 6 Magnatum.

Pressit vestigia Philippi ex eadem Domo Austriacâ Sigismundus lineæ Tirolensis ultimus.

Par fatum subiit Carolus Dux Mantuae,
relichto ex Clara Eugenia Austriaca hærede,
unico Ferdinando Carolo puerō tredecenni.
Inter Sinas obiit dierum & meritorum
plenus P. Joannes Adamus Schall Soc. Jes.
Germanus, patria Coloniensis, postquam
per annos 43 labore & fructu incredibili de-
sudasset in propaganda & excolenda Eccle-
sia Sinensi. Tanti nominis fuit apud eas
Gentes, ut ipse Chinorum Imperator, quem
vel videre in grandi ponitur felicitate, di-
gnatus sit saepius demissâ tantisper majesta-
te ad ejus aedes divertere. Defuncto paren-
tavit ritu splendidissimo submissus ab Im-
peratore Mandarinus.

ANNO 1666.

Tentata est à Venetis hoc anno Cydonia,
ut Turcae ab obsidione Candiae diverte-
rentur; sed insultu inutili, quem tamen pau-
lò post compensavit præda duodecim na-
vium plenarum commeatus, quâ classis Ve-
netæ Præfectus in Malico sinu potitus fuit.
Candia præterea novo milite firmata ad-
versus Barbaros.

Hollandi ope Gallorum pacem extor-
quent ab Episcopo Monasteriensi, non ta-
men victoriam ab Anglis, à quibus ad oram

-EOD-

¶. T.

Tamesis

Tamesis tantam iterum sunt cladem passi ; ut per omnia pene Oceanii littora dispersae natarent reliquiae diffractarum navium.

In Polonia adactus est Lubomirskyus cum fœderatis ad petendam à Rege Casimiro pacem, & deprecandam factorum veniam ; evicit nihilominus, ut meditata successoris in regnum intrusio proscriberetur, & integra Ordinibus assereretur libertas, eligendi post abdicationem vel mortem Regis ad coronam, quem maluissent Poloni.

Regina Christina remeavit in Sueciam, ut interesset Holmiæ Regni comitiis, pro Regis Caroli inauguratione, & reservata sibi iura sarta rectaque tueretur.

comes Ballassus Rebellis Ungarus post incensa & occupata oppida plurima, opere que Turcarum nequicquam implorata am à regni Palatino cæditur & Viennam ad prisinos carceres remittitur.

In Hispania Everardus Nitardus Soc. Jes. Reginæ Confessarius ex dispensatione Pontificis, ad summi inquisitoris locum promovetur.

Civitas Bremensis post tolerata incommoda plurima ab Imperio tandem avellitur, & Sueco subjicitur.

Londini improviso incendio conflagrant domorū 15000, præter Ecclesiæ 84, aliásq; ædes complures usui publico destinatas.

Die 5 Decembris ingressa est pompâ solenni Viennam Margarita Infans Hispaniæ sponsa Leopoldi Imperatoris.

ANNUS 1667.

Diem Romæ supremum obiit 22 Maii Alexander VII. Pontifex Maximus, cui sequenti Junio suffectus Julius Cardinalis Rospigliosus, qui congruum placidis suis moribus assumpsit nomen Clementis IX. ab hoc Pontifice concessum Societati Jesu & PP. Augustinianis recitare ex præcepto Officium Conceptionis immaculatæ per totam octavam, quod postea fieri mandatum in omnibus locis ditioni Pontificiæ in temporalibus subjectis.

Delusus tandem longo tractatu involucro Venetis arctius premi incipit Candia à Turcis.

Mense Mayo movet cum magno Exercitu in Belgium, quod sibi deberi prætendebat Uxor & Delphini nomine, Ludovicus Rex Franciæ, & intra breve tempus aspirante belli fortuna secunda, quæ vi, quæ aliis artibus in potestatem redigit Tornacum, Aldenardum,

nardum, Cortiacum & alia non pauca nec minoris momenti oppida, tam incurias defensionis propriæ Hispanis, ut vix pauculas tandem copias objecerint furenti torrenti Gallico.

Die 6 Aprilis horrendus terræ motus con-
cussit Dalmatiam, subversa Ragusa pars
maxima; periēre omnes incolæ, præter 400
& Moniales 60. quæ extractæ fuere ex rui-
nis, in quibus triduo jacuerant semi sepultæ,
aliæ quædam civitates penitus absorptæ, &
solo æquatae.

Post incensam à Batavis Anglorum clas-
sem in Tamesi sancitur pax inter ambas gen-
tes iis pactis, ut retineret, quæ pars alteru-
tra flagrante bello occupâset.

ANNO 1668.

Alphonſus Lusitaniæ Rex & regno &
uxori ineptus judicatus, utrumque fra-
tri Petro concedere cogitur.

Anno eodem exemplo novo, & quod
imitentur pauci, Casimirus Rex Poloniæ,
uti olim religioni & purpuræ, ita nunc re-
nuntiat regno, & posita corona contendit in
Galliam, ubi vitæ reliquum privatus exe-
git, vir à nonnullis mentis leviusculæ notâ
punctus.

ubus.

F 6

Rex

Rex Galliæ medio Februario Burgundiæ invadit, & intra paucas hebdomadas per ignaviam & perfidiam provinciæ Primatū, quos sibi jam antea per secretas artes obnoxios reddiderat, in potestatem redigit. Rediit tamen eodem adhuc anno Provincia ad priores Dominos ex conditionibus pacis paulò post, secutæ, quæ Burgundiam afferuit Hispanis, Gallis verò, quidquid ab iis in Belgio erat occupatum.

Suffectus Casimiro Michael Koributh Dux Visnovicensis, cui, suî quasi incurio, dissidia aliorum circa exteri alicujus Principis Electionem coronam imposuerunt.

Laurentius Cornelius classis Venetæ Praefectus potitur insigni victoriâ de classe Turcicâ ad Fodellam.

Obsessis Candensibus venere suppetiæ nobiles ex omni ferè Europâ viri illustres, & emeritæ militiæ Duces, militaris exempla fortitudinis edituri aduersus Barbaros.

Hoc anno suppressit Clemens Pontifex tres Regularium Ordines, ut ex divenditis eorum patrimoniis æs collectum, quod excurrexit ad nongenta & amplius Ducatorum millia cederet Venetorum Reipublicæ pro levandis expensis, quas ferebat in defendendâ Candâ.

Romæ

Romæ assentiente Rege Galliæ diruta in-
famis illa Pyramis genti Corsicæ ante ali-
quot annos erecta. Permittente vicissim
Pontifice revulsa ab areâ D. Antonii templo
vicina crux & columita , quam Clemens
VIII. ob memoriam Henrici IV. ad fidem
conversi statuerat.

Sancita pax inter Hispanos & Lusitanos.
Lusitani dicti liberi, & ab ignominia rebel-
lionis absoluti. Restituta omnia, quæ utri-
usque fuerant regni, antequam coalescerent
in unum tempore Philippi II. excepto Ceu-
tæ fortalitio , quod Hispanorum juri reli-
ctum est.

Aulam Viennensem turbavit luætu ma-
ximo mors Ferdinandi Wenceslai Cæsaris
primogeniti, cui accessit fortuitum incen-
dium, quo palatii Cæfarei pars maxima con-
flagravit. Lenivit jacturam ædium insigne
miraculum, quo Deus suæ crucis particulâ
medios inter ignes illæsam voluit. In cuius
portenti memoriam Eleonora Ferdinandi
III. Imperatoris vidua instituit ad instar E-
questrium ordinum nobiliorum societatem
mulierum, quarum pietati præcipue incum-
beret crucem venerari, gestato Labaro aureo
ceu numismate , quod ex humero sinistro
penderet.

Parisiis Mareschallus Turrenius publicè abjurato Calvinismo Romanam fideim professus fuit.

ANNUS 1669.

Cessit hoc anno Barbaris famosa illa Can-dia. Culpa deditiois rejecta potissi-mum in Gallos, qui inopinato suo discessu urbem, dum maximè laborabat, destitue-runt, postquam priùs per inconsultam & omnino temerariam eruptionem florem militiæ ferro Turcico mactandum obje-riant. Obsidio triennalis absumpsi Christia-norum 29000. Turcarum verò 70000. præ-ter rusticorum & captivorum 38000. qui in suffodiendis cuniculis, & excitandis sugge-stibus operam præstare erant coacti.

Fastis Sanctorum adscripti à Clemente Pontifice Petrus de Alcantarâ Ordinis Fran-ciscani, & Magdalena de Pazzis Monialis Catmelitana; securus paulò post obitus Pontificis, confecti, ut creditum, dolore amissæ Cretæ.

Recruduere tumultus in Hispania conci-tatore potissimum Joanne Austriaco; pe-titus præcipue Nithardus Reginæ Confes-sarius, quod, plusquam vellent Hispani, ad-moveretur negotiis regni, unde, ut invidiā decli-

declinaret vir prudens, primùm aulam, tum etiam ipsum regnum reliquit. Joanni Austriaco delata administratio regni Arragoniæ.

Mons Æthna renovavit antiquos Siciliæ terrores mense Martio, dum in plures voragine apertus circumquaque ignes, saxa, & cimeres evomeret, aliquot vicinis pagis repetitis terræ concussionibus, aut quassatis, aut attritis,

A N N U S 1670.

Post mensium quinque consultationes collocatur in sede Petri pene coactus suffragantium votis & precibus Æmilius Altierius qui se dixit Clementem X.

Detecta hoc anno conjuratio periculosisima, quam cuderant nonnulli Magnates Hungarii adversus Leopoldum Cæsarem eumque Regem Hungariæ. Conspiratio-
nis primipili Petrus Zrinius, Franciscus Frangipanius, Franciscus Nadastius Comi-
tes cum Erasmo Comite Tattenbachio Sty-
rio in vincula conjecti, urbes & arces, quæ
rebellibus secretò vel favebant, vel favere
meditabantur, terrore & armis aut cohibi-
tæ, aut ad officium reductæ; Ungaria tota,
quam antea quasi precariò administrabat
Leopoldus, in secessu milite Germano,

Tumultuatum pro more in Polonia in Diætis ante comitialibus. Ratihabitum tamen Matrimonium Regis cum Sorore Cæsar is, & sancita pax cum Duce Moschorum, rebellésque Cofacci cum suo Ductore Dorosenickio victi & fugati.

Gravius sævitum à Messanensibus adversus Pro-Regem aliósque Ministros Regios quorum alii fuisse à Senatu Urbico inclusi in carceres, alii afflicti equuleo, alii ejecti in exilium.

Lotharingia repentina invasione obruitur à Gallis ægre elapso hostium manus ipso Duce Carolo hujus nominis IV. cuius frater Franciscus, qui primum Cardinalis & Tullensis Episcopus, postea renunciata purpura & infula factus est conjunx Consobrinæ Claudiæ & Caroli V. magni illius Leopoldi Archistrategi parens decessit hoc ipsa anno Viennæ.

Ferdinandus Carolus Dux Mantuæ accipit investituram Ducatus Vastallensis à Cæsare ex occasione matrimonii, quod contraxit cum Maria Ducissa Vastallensi.

In Dania obiit Fridericus hujus nominis III. Princeps ingenio mitis & religioni ultra Principum curas addictus, cuius ratio-

nes & momenta crebris lectionibus scruta-
batur, hoc uno infelix, quod mentis dubiæ
scrupulos nemo Catholicus absteserit.

ANNO 1671.

Pontificatum Clemens X. auspicari vo-
luit quinque Beatorum apoteosis, quos
solenni ritu Sanctorum numero adscripsit.
Hi fuere Cajetanus Thieneus, Philippus
Benitius, Franciscus Borgia, Ludovicus
Bertrandus, & Rosa Limana, omnes festivis
ubique plausibus celebrati per orbem Chri-
stianum.

Hoc anno demum post longos sed inu-
tiles questus conjuratæ rebellionis pœnas
dederint suppicio ultimo captivi Magna-
tes Hungari. Post cædem mutatus antiquis
status Hungariæ, suppressis nonnullis offi-
ciis, quorum autoritate vel cæpta vel pro-
mota fuerat rebellio, templa ab Hæreticis
repetita, eorum ministelli, quod de justitiâ
Cæsaris male loquerentur, ex regno facesse-
re jussi, arces insuper nonnullæ exstructæ,
quibus gens lubrica fidem suam contineret.

Lotharingiam frustra repetit à Rege
Galliæ Cæsar, per ablegatum Comitem
Windisgrazium exuli Duci Carolo.

Tumultuatum hoc anno iterum, iterum-

que

que ac tertio Messanæ non sine cædibus ac incendiis, jam à popularibus adversus Nobiles ob caritatem annonæ, jam à Nobilibus adversus Ministros Regios prætextu conservandæ libertatis, quam à Præfecto rerum militarium inductione militis Hispani imminutum iri querebatur Nobilitas.

Nec Rhenus inferior vacavit tumultibus ob orta dissidia inter Electorem & civitatem Coloniensem, Electore patrocinium Ludovici, Civitate Leopoldum libertatis vindicem interpellante. Hujus armis sub Marchione de Grana repressus conatus eorum, qui in turbido piscari nitebantur.

Dum Polonia laborat intestinis dissidiis, Turcæ juncti rebellibus Cosacis irrumunt in Volhiniam, & Podoliam obsident, capiuntque Caminieckam, etiam potituri Leopolisive Lembergo, nisi pax ignominiosa non minus quam damnosa obsidionem solvisset.

ANNVS 1672.

Verardus Nitardus annitente Regina Hispaniæ, cui à Confessionibus fuerat, promovetur ad purpuram, ut eò splendidius ornare possit characterem Oratoris Coronæ Hispanicæ, quo anno elapso insignitus fuit.

Etu-

Erupit tandem hoc anno bellum Galli-
cum, quod aliquot annos adversus
Batavos meditatus fuerat Rex Ludovicus;
Exercitibus tribus sub tribus Ducibus cis &
trans Rhenum res agi ceptæ à Gallis eâ ce-
leritate & felicitate, ut ipsum Amstelodamum
cepissent, si ante obfessum Noviomagum
petiissent.

Aucta Hollandoru[m] calamitas à Gallo-
rum fœderatis Rege Angliæ, Electore Co-
loniensi, & Bernardo Episcopo Monasterien-
si, qui Status fœderatos graviter afflixerunt.
Motu inde in seditionem plebs Hagæ Comi-
tum, nece duorum fratrum Cornelii & Jo-
annis de With, qui credebantur auro exter-
no corrupti pessumire libertatem patriæ,
litavit furori publico. Eâdem adnitente
delata rursum supra[m]a armorum Præfectu-
ra Wilhelmo Henrico Principi Auriaco,
cui duo enecti hactenus obstiterant.

Novos motus cie[n]t in Hungaria Rebel-
lium Reliquiæ sub Comite Balassio, Kalo,
Eperiessem, & alias nonnullas urbes interci-
piunt, latéque incendiis, cædibus & rapinis
grassantur, plura ausuræ, nisi repressus sedi-
tiosorum furor à copiis Cæsareis, ab inferio-
re immissis in Hungariam superiorem,

EPI

ATC

ANNUS 1673.

Ludovicus Rex Galliæ obsidet Trajectum ad Mosam, & post dies 13. obsidionis strictæ post repetitas impressiones acerimas deditio accipit cum ingenti jactura suorum; nam præter aliquot centenos Duxes & Officiales insigniores, amisisse dicitur duodecim gregariorum millia. Versa dein arma Gallorum in Hispanos & Cæsarem, qui cum Electore Brandenburgico aliisque Imperii Principibus properabant auxilia Batavis.

A Gallis occupatur Treviris, Sclestadtum, Colmarium, aliæque urbes Imperiales in Alsacia.

Turrenius infundit se profundiùs in Imperium, & in Franconia propè Oxovium, Urbē ditionis Herbipolensis, castra firmat, sed post trium septimanarum stationem insigni stratagemate delusus à Duce Montecuculio non sine clade suorum, quorum aliquot millia in regressu occisa à prædabundis Rusticis in sylva maximè Ottonianâ, ultra Rhenum retruditur. Montecuculius verò junctus Hispano-Hollandis adortus improviso Bonnam expugnat, omnemque reliquam Electoris Coloniensis ditio-

nem

nem recipit, tantâ consternatione Gallorū, ut mense Decembri, & initio subsecuti veris omnib⁹ convasatis è toto Belgio Acatholico, exceptis solâ Graviâ & Trajecto abierint.

Non melior Gallis arrisit fortuna in Catalaunia, ubi à veteranis Hispanis copiis, quæ militârant in Lusitania, insigniter hoc anno fuere afficti.

Acriter pugnatum inter Hollandos, & fœderatos Anglos Gallosque, primò quidem fortunâ utrinquè pari, secundâ verò & alterâ vice fœderatis adversâ; unde Rex Angliæ suorum non tam consilio quām ius su reductâ classe cum Batavis reconciliatus Gallos destituit. Cujus exemplum paulò post secuti Elector Coloniensis & Episcopus Monasteriensis.

Legatiō Moschovitica missa ad summum Pontificem caruit fructu, quod negaretur à Romanis Duci Moschoviæ titulus Cæsar, quo se ornandum præsumebat à Ponifice,

In Anglia novo edicto proscripti Catholici, cui occasionem præbuit Jacobus Dux Eboracensis Caroli Regis Frater, qui certâ licet non publicâ religione Catholicus in Conjugem duxerat Mariam Eleonoram filiam Duciis Mutinæ.

Polo-

IV Poloni instaurato hoc anno bello Turcas
sub Joanne Sobieski supremo Regni Pole-
marcho prope Chozymum ad Tyram flu-
vium Mensē Novembri clade interneccinā
delērunt. Plūra moliri vētuit anni tem-
pestas, & mors Regis Michaēlis, qui sub i-
dem fere tempus Leopoli fatis concessit.
Ino Leopoldus Cæsar extinctā mense Majo
Margaritā Hispanā ad secundas Nuptias
transit cum Claudia Felicitate Ferdinandi
Caroli Archi-Ducis Tyrolensis filia, cum
quā tamen vano felicitatis omniē breve
matrimonium habuit.

ANNVS 1674.

REx Galliæ, immisso in Cæsarianos Tur-
renio, qui eos distraheret, mense Majo
Burgundiam invadit, & intrà paucas heb-
domadas vi & metu subigit.

Turrenius Cæsarianis occurrens in Pala-
tinatu cum eis decertat acri conflictu sed
dubiā vietoriā. Eodem pene Marte & suc-
cessu inter eosdem denuo conflictum pro-
pè Holz- & Ensishemium: quamvis non
desint ex scriptoribus nomini Francico mi-
nimè infensi, qui aperte fateantur, Gallos in
hac pugna cecidisse alea, & præter impedi-
mēta omnia amisisse suorum quatuor mil-
lia,

Rex

lia, quamvis nec in cruentam Germanis victoram fuisse velint, cum mille ducentos ex suis in eodem prælio cæsos desiderasse scribant.

Post pugnam Ensisheimensem Cæsariani aucti copiis Brandenburgicis Brisacum eminus coronâ cingunt, Consilio non omnibus probato, cum fortè satius fuisset insequifractos fugientesque Gallos, quā mors inutili ad Brisacum perdere tempus victoriarum.

Carolus Dux Lotharingiæ, qui ditione licet privatus, propriis tamen copiis in exercitu Cæsareo militabat, quingentos Nobiles Gallos extremo delectu in Provincia Andegavensi recensitos (vulgò Arrierban) immis- sis aliquot equitum cohortibus ita incautos opprimit, ut præter 150 qui venere in censu captorum, reliqui omnes ferro sint deleti.

In Belgio ad Mosam Generalis Souche- sius recuperato Hujo & Dinantio ad oppidum Seneff cum Gallis congrederitur cruento ad modum Marte, quod dirimi non potuit nisi per noctem, cuius beneficio elapsi Galli in tutiora victoriam cessere fæderatis. Gravia post protractam ad tres menses ob- ditionem dedita Principi Auriaco.

Rex

Rex Sueciæ in favorem Galli indicit bel-
lum Electori Brandenburgico & Cæsari.
Compensavit tamen novi hostis periculum
accessus novi fœderati Regis Daniæ, qui co-
dem tempore transit in partes Cæsariorum.

Primo conflixit hoc anno prælio novus
rebellium Hungarorum Dux Emericus Te-
ckelius (famoso posthac nomine ob perti-
nacem animi perfidiam orbi prodendus)
cum copiis Cæsarianis pro extorquenda fa-
cilitate liberè profitendi hæresin, sed victus
fugatusque abscedere coactus accepto vul-
nere in fronte, ut vel sic præfracta Rebellis
cervix erubescere disceret.

In apertam eodem anno ruere Mes-
fanenses defectionem à fide Regis Hispani
& explicatis palam rebellionis vexillis se
dedidere Regi Ludovico.

In comitiis Polonorum eligitur & saluta-
tur Rex Joannes Sobiesky supremus regni
Mareschallus,

ANNO 1675.

Hic annus plenariæ remissionis Jubi-
læo sacer Romam versus ex omnibus
provinciis ingentem peregrinorum concur-
sum excivit, nihil remorante bello in Pro-
vinciis Ciscomantis, quin etiam aliqui prin-
cipes

cipes Germaniæ Deo hac peregrinatione li-
tandi causa eò se contulerint.

Rex Ludovicus festinâ profectioне dela-
tus in Belgium, ibi, antequam fœderati de
armis sumendis cogitarent, urbes non pau-
cas seu terrore seu obsidionibus sui juris fe-
cit; in censum locorum captorum venit
etiam arx Leodinensis, cui auro dicitur il-
lapsus cuniculo. Ad Treviros tamen, cum
obsessæ urbi laborant inferre suppetias Gal-
li, luculentâ strage multantur à Duce Lotha-
ringio, capto ipso cum Treviri, Duce Cre-
quio,

Cladem Crequii præcesserat mors Ture-
nii propè Sasbachium, cui ignitus globus
tormenti majoris excussus ex castris Cæsa-
rianis vitam abstulit. A morte Turenii re-
cepere se Galli in tutiora non sine clade, ru-
mor, fuit, potuisse hoc anno bellum confici,
si in Belgio Duces voluissent, & ad Rhenū
annonæ militi adfuisset.

Elector Brandenburgicus solutâ obsidio-
ne Brisaci properans ad tutandas provinci-
as proprias ab invasione Suecorum, eos pri-
mo congressu ita fudit, ut sex millia ex suis
desiderarent, quam cladem jis postea semel
ac iterum egregiè refricuit. Auctarium vi-

Etiora fuerunt Insulæ Volinia , & Usedomensis, quæ cum locis aliis haud paucis cesseré in potestate Brandenburgi. Eâdem felicitate extortus Suecis Ducatus Verdensis, & Bremensis, exceptâ una urbe Stadia , ab Episcopo Monasteriensi & Principibus Brunswicensibus ; quo eodem tempore Rex Daniæ delecta classe Suecorum in Portu Wismariensi ipsam Wismariam paulò post suæ potestatis fecit.

In littore Africano à paucis militibus Hispanis egregiè defenditut contra iugementum Barbarorum multitudinem arx Ora-nensis.

Mense Januario portum Messanensem invectus sex navibus armatis & tribus onerariis urbis possessionem cepit nomine Regis Ludovici Marchio Valavodiensis , & mox sibi consignari imperavit , quidquid ad tutandum locum adversus Hispanos conferre videbatur.

ANNO 1676.

Romæ diem extremum clausit Clemens Pontifex maximus , cui post paucas hebdomadas successit Benedictus Ode-schalckus, qui Innocentii XI. nomine insigniri voluit, patria Comensis, sed eo rerum terre-

terrenarum contemptu , ut cœlo originem
ducere crederetur , ita abundanti prævia-
rum virtutum exemplo orbi notus , ut di-
gnitati tantæ omnino par, fausta omnia pol-
liceretur. Hæc à primis diebus asseruisse vi-
sus est, dum neglectis iis, quæ carnis & mun-
di erant, Pontificatus ministros eos solo
voluit , qui virtutum calculo probarentur,
divitiarum & gloriæ adeo temperans , ut
nec sibi , nec suis quidquam è principatu
arrogaret , nisi quod curas & laborem exi-
geret.

Festinata rursum expeditione faventem
sibi reddere conantur Martem Galli; In Bel-
gio suæ potestatis fecerunt Condæum , Bu-
chainum & Ariam , in Diœcesi Leodiensi
Bullionum , in finibus Palatinatūs & Lo-
tharingiæ ditionem Bipontinam , & in fini-
bus Burgundiæ Mompelgardium , Duce
Wirthenbergico, cui parebat, ad Helvetos
se recipiente, Hujus tamen, uti & Ducis Bi-
pontini Protectorem se dixit Ludovicus ,
eoque se tantum nomine occupasse ditio-
nes, ne in manus Cæsarianorum inciderent.

Econtra Dux Lotharingiæ Carolus V. ex-
tincti anno præterito alterius Caroli nepos,
Præfectus summa authoritate copiis Cæsa-
rianis

rianis capit post trimestrem obsidionem Philippoburgum, urbem ad Rhenum munitissimam.

In mari siculo bis pugnatum inter Gallos & Hispanos, hisque fæderatos Hollandos, cum nonnulla clade Gallorum; quatenus brevi reparata, dum otiosis consultationibus tempus terunt Hispani, occupant Galli Taurominam, quæ situ egregiè munita exiguo præsidiariorum numero defendi potuisset.

Succo varia iterum erepta loca à fæderatis, Brandeburgo, Monasterensi, & Brunswicensibus. Reportavit quidem victoriæ aliquam de Danis in Scania, quatenus vel non potuit, vel nescivit uti.

Post longos tractatus sancita pax inter Turcas, & Polonos, cuius summa, ut abolito tributi nomine, quod tempore Regis Michaëlis pacti fuerant, & restituta reipublicæ Ucrania cum potiore parte podoliæ, juris Turcici maneret Caminiecka cum eo districtu, quem Rex disignâset.

Hollandi veriti, ne authoritas Principis Auriaci altius exurgeret, serio cogitant de concludendo bello & renovandis pacis tractatibus; qui jam olim Coloniæ cæpti fuerant.

erant, Pro loco conventū electum Neo-
magum ad Vahalium.

Viennæ diem extremum obiit Claudia
Felicitas secunda Cæsaris Leopoldi con-
junx, qui cum prole masculâ hactenus de-
stitueretur, ad tertia vota hoc ipso anno
transit cum Magdalena Teresia, Palatini
Neoburgensis filia, ejus, qui in Electoratu
defuncto Carolo Rheni Palatino successit.

ANNUUS 1677.

Hoc anno Pontifex Innocentius, ut radi-
cem præcidcret homicidiis, aliisque
malis innumeris, solenni & severo edicto su-
stulit immunitatem destrictum, quos cir-
ca palatia hactenus describente solebant O-
ratores Regum & Principum, & in quibus
prætendebant jus asyli omnibus eò confu-
gientibus sacrum & inviolabile. Acriter e-
tiam restitit Oratoribus, Hispano & Gallico,
quod contempta sua auctoritate, quam Ro-
mæ volebat omnino servari indemnum,
non desisterent in urbe conscribere milites
& rapere ad signa etiam invitatos,

In Belgio Galli vix dum mitescente non
nihil hyeme asperiore Valencenas, Urbem
Hannoniæ maximam aggrediuntur, & præ-
festinâ ditione in potestatem redigunt.

G 3

Præ-

Præcipitavit deditio[n]em infelix eruptio
obsessorum; dum enim malè accepti foris
trepidè ad suos refugiunt, insimul obsiden-
tes, qui instabant tergis fugientium, in ui-
bem recipiunt, ægrè incolumentem vitæ &
fortunarum à victore Ludovico deprecati.

Carolus Dux Lotharrngiæ cum numero,
so exercitu invadit Lotharingiam penetra-
turus haud dubiè in ipsas Gallias, & magna
molitus, nisi ob varias easque prægnantes
causas, quas objecerant, qui adversabantur
felicitati publicæ, coactus fuisset viam rele-
gere, & exercitum reducere in hyberna quæ
vix subierat, Galli improvisa obsidione Fri-
burgum, Tractūs Briscoviensis urbe[m] pri-
mariam adoriuntur, & festinatis impressio-
nib[us] intra tempus breve deditio[n]e capiunt.

In Hispania ex auctorato Marchione Vil-
laferensi vocatus ad præcipuas regni curas
Joannes Austriacus, cuius suasu Rex Caro-
lus more Antecessorum perrexit in Arrago-
niam, ubi incredibili populorum gratula-
tione exceptus fuit. Funestavit commune
gāudiū sæva lues per totam Hispaniam latè
graſſata, cui sanandæ vix anno vertente in-
ventum remedium, expressus scilicet succus
ex malis limoniis.

2000

¶

Denuo

Denuo Oranum in ora Africæ obsecdere
Barbari, sed internecina eruptione disjecti à
Gubernatore turpi fuga se subducere com-
pulsi fuerunt.

In Septentrione mutuis se cladibus con-
ficiunt Sueci & Dani, horumque fœderati.
Malmoa & Insula Rügia cessit Danis, Bran-
deburgo Stettinum, postquam ea omnia sin-
gulari obstinatæ fidei exemplo passum es-
set, quæ in longa integri ferè anni obsidio-
ne ferre solent obsecSSI; Suecis felix fuit pu-
gna, qua ceciderunt bis mille & quingentos
Danos fugatis reliquis, quos vix Rex Chri-
stianus Landiscronium reducere potuit.

Eodem eventu, quo anno priore Trajectum
obsecsum fuit hoc anno Caroloregium à
Principe Auriaco; utriusque enim obsidio-
nem solvere coactus fuit cum magna mili-
tum, majore famæ & existimationis jactura.

ANNVS 1678.

ROmæ videndum se præbuit Regis &
Reipublicæ Polonorum Orator Prin-
ceps Radzivilius insigni planè numerosi &
splendidi comitatūs pompa spectabilis. Ha-
buit eodem anno sibi obsequentes In-
nocentius suarum Provinciarum nomine
Episcopos Græcos & Armenos; attentissi-

Deutono

G 4

mus

mus interim observari ea, quæ circa distri-
ctuum, immunitates statuerat, ut exilio etiā
suspicio, aliisque gravissimis pœnis anim-
adverteret in eos, qui ausi fuissent vim in-
ferre apparitoribus.

Viennæ summis Cæsar is & suorum votis
ex petitus lucem tandem aspexit 26 Julii Jo-
sephus, Leopoldi extincto pridem Wen-
ceslao primogenitus, in spem Regnorum, &
Imperii, quæ hactenus Domum Austriacam
præ cæteris Augustam singulari tot ditionū
& dignitatum accessu decorarunt.

Rex Christianissimus, quidquid de pace
& induciis suaderet Anglus, accelerato rur-
sum apparatu belli immenso delatus in Bel-
gium cogit ditione Gandavum & Ypras.

Infelior fuit ad montes Hannoniæ Dux
Luxemburgicus, à quorum obsidione de-
pulsus cum ingenti clade à Principe Auria-
co, majore afficiendus, nisi subitus nuncius
de constituta pace particulari inter Gallos
& Hollandos, qui ad tam fatale opus adacti,
ut creditum, timore præcipiti ex crescentis
indies apud populos authoritatis Principis
Auriaci, victoriam fœderatorum stitisset.

Hollandos secuti eodem anno vel inviti
Hispani, & oblatam à Gallis pacem iis quas

hi di-

hi dictabant, legibus acceptare coacti.

Inter Suecos & Danos, Danorumque so-
cios pugnatum aliquamdiu Marte vario, &
fortuna victorias alternante, quæ tamen in
fine infensor visa Suecis, qui amissio Stral-
fundo & Gripswaldæ tota Pomerania exacti
sunt à Brandenburgicis.

In Sicilia defervescit paulatim rebellio,
pertæisque Siculi genium Gallicum clan-
destinis consiliis conspirant hinc inde, tum
in Proregem, tum in totam reliquam natio-
nem peregrinam; unde veriti Galli secun-
das Vesperas è Sicilia se proripiunt in claf-
sem, evaduntque mense Martio.

Rebelles Hungari expugnato Neosolio,
aliisque civitatibus montanis pergunt impia
sævitie omnia circumquaque posita di-
reptionibus & incendiis funestare; quibus
territus Cæsar nova regni Comitia spondet
rebellibus, cui sponsioni acquiescentes tan-
tisper à grassando abstinent.

Genuenses offensam Regis Ludovici ob-
expetitam sed negatam salutem classi Galli-
cæ ea forma, quam pacta nuper inita depo-
scebant, magna humilitate Parisiis expiare
coguntur.

ibid.

G 5

AN.

IN Anglia gravissima persecutione concussa est res Catholica. Author fuit Titus Oates Calvinistarum ad Catholicos, & ab istis ad primæ hæresis sectatores transfuga, homo faver & perfidus, qui fictis litteris, & repetitis perjuriis prodictionis & conjuratio- nis adversus Regem & regnum reos egit, præter præcipua ferè omnia orbis orthodo- xi capita, sacerdotes & nobiles Catholicos in Anglia. Unde sub larva justitiæ decreto plebei Ordinis Parlamenti Catholici pluri- mi ex regno exulare jussi, alii in carcères conjecti, & fame enecti; Religiosi etiam non pauci supplicio ultimo affecti, inter quos fuerunt octo sacerdotes ex Soc. Jesu, quibus furor impius odio fidei vitā abstulit.

Initio Februario constituitur pax Neo- magiensis inter Cæsarem & Imperium ex una, Galliæ item & Sueciæ coronas ex parte altera, vi cuius relictum Friburgum Gallo, Pomerania restituta Sueco.

Rebelles Ungari neglectis induciis rur- sus ad arma & solitas direptiones convolant, novis Teckelii suggestionibus, & Abaffy Transylvanorum Principis auxiliis eructi; repressi tamen nonnihil tum à Lesleo Duce copia-

copiarum Cæsaris, tum à lue pestifera, quæ per ditiones Cæsaris hæreditarias, aliasque nonnullas provincias Germaniæ crudeliter hoc anno grassata fuit.

Pax Hispano-Gallica confirmatur per connubium Regis Catholici cum Maria Alloysia Philippi Aurelianensium Ducis Filia, quæ ingenti pompa & magnificentia ex Gallia in Hispaniam deducta fuit. Ibidem facto decepsit Joannes Austriacus non sine suspitione veneni, quod illi propinatum nonnulli crediderunt ab invidia quorundam Magnatum, quorum oculos livore forte suffudit nimia Joannis authoritas.

ANNVS 1680.

Sub initium hujus anni Augustæ Vindelicorum piè fatis decepsit Joannes Fridericus Dux Hañoveranus familiæ Brunswico-Luneburgensis, contra gentis institutum religioni Catholicæ addictus.

In grassantes iterum more suo rapinis, cædibus, & incendiis rebelles Hungaros, vario Marte & armorum eventu pugnatum à Comite Caprara Duce Cæsarearum Copierum.

Delphino Galliarum nubit Maria Anna Christina Bavara pridie nonas Martii in

Campaniæ confinibus à Rege, aulæque primoribus eâ pompâ excepta, quæ tantas nuptias deceret.

Anni finem funestavit ingens Cometes cauda oblonga spectabilis, de quo multa etiamnum scriptitare & commentari non desinunt, qui se astrorum peritos jactitant.

ANNO 1681.

Tandem Pontifex urbis & orbis Catholicæ precibus fatigatus post exactos annos quinque in Pontificatu i Septembr. renunciavit Cardinales sedecim, quos maturo judicio purpura digniores censuerat.

Cæsar celebrat comitia Oedenburgi, in quibus ea omnia Hungaris clementer exhibita, quæ vel nutantem vel fractam eorum fidem redintegrare possent, restituta iis facultas eligendi ex gentilibus regni Palatinum; qua dignitate ornatus fuit omnium votis Comes Esterhasius; reiecta solius Tækelii impudentia, qui absens epistolis suis ausus est Cæsari imponere solvenda Tureis tributa, quæ ipse spopondidisset, templaque hæreticis, & rebellibus omnibus bona Fisco addicta extorquere, finem comitiis impo- fuit soleñnis inauguratio Augustæ in Regiam Hungariæ.

Dum

Dum Imaerium positis armis quiescit, occupat Rex Galiae Casale in Italia sibi à Duce Mantuano permisum, & Argentoratum in Germania, partim minis, partim armis ad se tractum, gravi Cæsaris dolore, qui geminam arcem Eridani & Rheni ægerrimè ferebat ab imperio avulsam, graviori bellorum periculo, quæ jam tūm omnes eruptura brevi ominabantur. Comiti Mansfeldio, nomine Cæsaris de occupatio-
ne Argentorati querenti, responsum Parisi-
is, urbem Alsatiæ, quæ à tractatu Westpha-
lico Gallis cessisset, partem, armis Ludovici
vindicari potuisse.

Cessit in Gallorum manus etiam Comi-
tatus Chimensis, quod citatus Carolus Rex
Hispaniæ neglexisset homagium profiteri
Ludovico ob prædictum Comitatū, quem
Camera Metensis pronuntiārat feudum Du-
catū Barrensis.

ANNO 1682.

Multūm hoc anno exulcerata fuit, quæ
jam pupugisse cæperat, animorum
dissensio inter Innocentium Pontificem, &
Regem Christianissimum per solennia Cle-
ri Gallicani coimitia, in quibus non solum
permisum Regi jus regaliæ in omnes regni

Ecclesiás, sed etiam propinata Gallis nonnulla dogmata, quæ minus favebant auctoritati Pontificis.

Caprara ablegatus Cæsaris frustra Constantinopoli renovare contendit vicennales inducias cum Turcis, qui jam publicis auxiliis fovere cæperant rebelles Hungaros.

Teckelius rebellium antesignanus in facultates procerum sibi renitentium ferro & igni desævit, Cassoviam, Eperiessam, Leventium, Fileckium, Tockaum, aliasque loca bene multa in potestatem redigit, ornatusque à Porta Ottomannica principalibus insignibus, clamyde, framea & sarissa, sibi publicè arrogat in moneta, aliisque numismatis titulum: *Principis, & partium regni Hungaria Domini.*

In Anglia nova conflata conjuratio intentore præcipuo Comite Schatsburio, eo consilio, ut sublato è medio Rege Carolo cum fratre Jacobo Duce Eboracensi; nova regiminis forma induceretur. Sed dum tardiori apparatu ad rem gerendam sec complices accingunt, metu perculsus Schaffsburius in Hollandiam refugit.

Excessit è vivis Theodorus Alexovizius Moschorum Dux elatus ut creditum veneno.

no. Unde graviter sævitum à milite Prætoriano in Primores, qui putabantur propinâ, se toxicum. Suffectus est Theodoro frater ejus minimus Petrus Alexovizi⁹, qui tamen paulò post adnitente potissimum sorore Sophia regiminis socium admittere eoactus fuit fratrem Fridericum, quem Petro potiori faciebat ætas, posteriorem verò oculorum mentisque imbellicitas.

Cæsari natus filius secundogenitus, Delphino primogenitus, cui cum titulo Ducis Burgundiæ impositum nomen Ludovici.

Funestus hic annus fuit singulari calculo ruinarum plurimarum, quas invexere insolitæ fluviorum eluviones per Germaniam, Galliam & Belgium.

ANNUS 1683.

Æsar sollicitus de infringendis Turcarum conatibus, qui ingentes pro bello proximo apparatus moliri dicebantur, validam undique auxilia, tum ex Imperio, tum ex Polonorum Republica, qua cum inita armorum societas, accersere contendit.

Eidem causæ pro viribus patrocinari satagit Innocentius XI. quâ indicto Jubilæo, quo fideles Dei opem exorarent, quâ libertati æris numerati profusione; suisque & suasio-

suasionibus & exemplo præcipuos Italiae & orbis Christiani proceres impellit, ut, quæ possent, communi defensioni conferrent auxilia. Unde vis ingens auri collecta, quæ cessit Cæsari ad bellica dispendia.

Die 13 Julii post inundata barbara immanitatem, & longè latèque devastata cædibus, rapinis & incendiis omnia cum exercitu numerosissimo 200000 appellit ad Viennam Austriæ obsidentem Cara Mustapha Bassa, eaque omnia per menses duos offensionum genera exercere incipit, quibus in obsessas turbes desævire solet armatus furor. Dum tandem 2 Septembris à fœderatis exercitibus, quorum Duces præcipui fuerunt *Ioannes Casimirus Rex Poloniae*, *Carolus Dux Lotharingiae*, *Ioannes Georgius Saxoniae*, & *Emmanuel Bavariae*, Electores, obsidentes Barbari funduntur, fuganturque, & cum insigni clade totis castris exiuntur. Cessere victoribus pretiosissima castrorum Turcorum impedimenta omnia, opibus omnis generis propè immensis & munitionibus referta. Nomen *Ernesti Rogerii Comitis Starenbergii*, qui tamen fortiter, quam feliciter urbem propugnavit, ad scriptum immortalitati, Præmium Vezirii, aliorumque Bassa-

Bassarum fuit restis, quo acceptâm cladem
luerunt more gentis Barbaræ, quæ infelici-
tatem etiam innocentem sic punire solet.

Necdum victoriarū satis; Rellquiæ Bar-
barorum profligantur ab iisdem fœderatis
ad Barchanum & Strigonium, quod paulò
post conatu non magno ad ditionem co-
gitur. Dum in Austria & Hungaria res pro-
sperè agitur contra Turcas, Cosaci sub Du-
ce Corischio invadunt, funduntque Tarta-
ros Turcarum fœderatos, cæsis eorum tri-
ginta millibus, qui acie cum eis configere
sunt ausi.

Nec Morlachi in finibus Dalmatarum si-
vère indemnes Turcas, quorum ditiones,
excitati belli imminentis nunciis, rapinis &
incendiis miserè funestârunt.

In Belgio Galli disjecto congressu Cor-
tracensi, in quo expensa jura Ludovici in
ditiones Hispanorum sub Duce Humerio
Cortracum & Dixmudam occupant, sub
Duce verò Crequio Luxemburgum impe-
tunt, procellaque innumera globorum vo-
mentium ignes dilacerant.

Mense Novembri crevit Delphino post
primum filius secundogenitus, cui nomen
inditum Philippi à patruo susceptore, & at-
tributus

tributus titulas Ducis Andegavensium.

Renovata hoc anno Londini conjuratio
adversus Regem à senis Magnatibus, quos
impii facinoris executores sibi substituerat
Schaftburius, in omnem occasionem tol-
lendi Caroli & Jacobi fratris vigili cura in-
tentis; sed quod minùs succumberent me-
ditato sceleri incauti fratres, affecit unus
conspiratorum, qui conceptæ proditionis
pœnitentia ductus, rem totam aperuit Regi,
cujus jussu partim intercepti & multati, par-
tim fuga supplicium declinaverunt.

ANNO 1684.

Respublica Veneta incitatore potissimo
tamen sacri negotii Pontifice optimo ma-
ximo Innocentio XI. bellum indicit Turcis,
qui titulo solius ambitionis illam olim tot
ditionib⁹ exuerant. Praefectus belli gerendi
supremus dictus Dux Franciscus Morosin⁹,
cujus peritiæ & felicitatis bellicæ primus
partus fuit Insula à S. Maura, quam mense
Augusto obsidione dierum 17 Barbaris eri-
puit. Secuta est mense Septembri expugna-
tio Praveiæ, & terror insularum in mari Æ-
geo, quarum aliquas raptu captivorum, omi-
nes emuntis tributis afflixit.
Cæsariani sub variis Ducibus rem forti-
ter ageré pergunto contra Barbaros. Sub

Sub Duce Lotharingiae Vicegradium & Vacciam expugnans, Præfectum Budensem in to certamine fundunt, fugantque occisis quatuor infidelium milibus, raptaque præda omni, tum signorum, tum rei tormenta iæ, quam secum vchebant, repetitis item cladibus atterunt Seraskirium, qui iteratis vicibus suppetias inferre conatus obseßsis Budensibus. Irrito tamen conatu moluntur obsidionem Budensem, quam i Nov. post jacturam multorum millium, quos partim ferrum, partim morbus sustulit, solvere coguntur.

Sub Duce Leslæo Verovitizam in confi-
nibus Sclavoniarum occupant, & ultra pagos
ducentes cum nonnullis bene munitis ca-
stris & arcibus ad Cæsaris fidem retrahunt.
Schulzius quaternis omnino præliis su-
perior cædit, funditque Teckelium cum au-
xiliaribus Turcis ac Tartaris, semelque ac
iterum castris & impedimentis ferè omni-
bus exuit.

Rebelles Hungari allecti spe veniarum &
impunitatis, quam eis proposuerat Leopol-
dus, magno numero ad primæ fidei Sacra-
menta redeunt.

In Anglia & Scotia solennibus comitiis
designat

designatus successor Regis Caroli Frater Jacobus Dux Eboracensis.

Luxemburgum à Gallis expugnatur, & Treviris nudatur mœnibus, Secutæ subinde vicennales induciæ inter Cæsarem, Regem Hispaniæ, & Regem Galliæ, quorum pactis retineret Rex Ludovicus Argentoratum in Germania, Luxemburgum, Belmontium & Chymæjum in Belgio, restitutis Hispano Contraco & Dixmudâ.

Graviter hoc anno sensit Gallorum iras Genua, cuius civitatis elegantissimæ pars major ab ignivomis globis, quorum intra dies 11. injecti in ædes, palatia, & templa, ab incendiaria classe decies & ter mille trecenti.

ANNUS 1685.

ROMÆ decreto Congregationis, quam sancti Officii vocant, ad carceres tractus Michael Molinos sacerdos Hispanus, qui fictæ pietatis larvâ abusus, sub devotionis prætextu, multos incautæ conscientiæ propinatâ *orationis*, quam *Quietis* vocabat, methodo ad inanem perfectionis fastum seducebat. Eâdem pœna alter delirantis Sectæ Coryphæus Mediolano paulò post Romanam evocatus à seducendo quiescere compulsus fuit.

In Hi-

In Hispania Carolus Rex insigne Austriae pietatis exemplum edidit. Jusso enim sacerdote, quem offenderat ruri ægro rustico sacrum viaticum, deferentem, thedam regiam concordare, ipse pedibus procedente ad rusticum mapale comitatus est, eo humilitatis, & modestiæ specimine, quod sæpe desideres in capitibus plebeis.

Mense Februario fatis concessit Londini Carolus Angliæ Rex, in extremis vitæ asserta religione Catholicus, quam ab annis bene multis secretò jam coluisse creditus fuit; imò hanc publicè professurus, si diutius vixisset,

Successor regiæ dignitatis ipso obitūs die ab universis Regni Proceribus salutatus fuit Jacobus Eboracensium Dux, cui deinde omnes Regni Ordines se solito obedientiæ juramento obstrinxerunt, quamvis se Catholicum, & sacris Romanis addictum palam profiteretur. Quin imò in Oxfordensi Academia Regni primaria 26. Augusti Doctorum omnium calculis edita sententia est, neminem cujuscunque Religionis, qui debito originis Scepbris Anglicis pareret, obedientiam detrectare posse citra infame crimen perduellionis, Unde Dux Monmu-

thius

thius Regis Caroli nothus, & Comes Argilius, qui palam conscriptis copiisse Jacobo opponere ausi , prælio victi, ex sententia Parlamenti, ut perduelles, & læsæ Majestatis rei capitali supplicio sunt affecti ; ille Londini in Anglia, hic Edimburgi in Scotia.

Rex Christianissimus proscriptis edicto solenni i. Calendas Novemb. vulgato in Curia Parisiensi ex universa Callia Calvum , omnesque sibi subditos Catholicos vivere jussit. Revocatum hæc sanctione , quidquid hæreticis Regum Antecessorum patientia, maximè Henrici IV. edicto, quod Nannetense vocant, permisum, continuoq; per Regnum universum , & templa eorum diruta, & eliminati omnes hæresis Præcones. Inde turmatim populi fidei Orthodoxe nomen dedere, nec pauci, derelictis lari bus in alienas provincias sunt dilapsi.

Mense Mayo Heidelbergæ præmatura morte obiit Carolus Elector Palatinus in ipso fervidae ætatis flore , annorum scilicet 34. improlis, unicam relinquens sororem Carolam Elisabetham, quæ pridem Philippo Aurelianensium Duci nupta , litibus & periculoso dissidio, quod etiamnum fervet, ansam præbuit. Successit ditionibus & Ele

ctorali

ctorali dignitati Philippus Wilhelmus Dux Neoburgensis Catholicus, cuius voluntate & imperio fides Orthodoxa, dudum Palatinatu exul, revocata in principatum caput rursum erigere cœpit.

Calendis Octobribus novum Cœfari Archiducem peperit Imperatrix, quem Caroli nomine insignitum voluere Augusti parentes.

Mars Austriacus post tantam anno elapsa ad Budam sanguinis missionem, cuius copia forte peccaverat, validior sibi redditus, ingenti robore movet hoc anno in Ungariam. Primus impetus factus in Vivarinum, clavem Ungariæ & Austriæ validissimam. Quod dum premit arctius Dux Lotharingiæ, obsidetur à Seraskiero, ut vicem rependeret, cum sexaginta Turcarum millibus strigonium. Relicto igitur cum parte copiarum ad obsidionem Caprara, Dux ipse cum Bavaro, & reliquo exercitu recta tendit in hostem; quem vix vidit, vicit, fudit, castisque exutum in turpem fugam abegit. Auxit victoriam expugnatio Vivarini, quæ triduo post secuta, occisi in urbe à victore milite Turcæ pene omnes ætatis & sexus promiscui, qui in ea inventi sunt.

Recepta

Recepta clavi patuit porta ad victorias. Rediere illico ad obsequia Cæsaris Eperiesfa, Cassovia, Tockainum, Zolnpckium, & tota, quæ latè patet, Pannonia superior, quæ vel à Turcis, vel à Rebellenbus erat infessa Hungaris.

Etiam in Peloponeso, sive Morea, sua crevit laurus victoribus Venetis, qui sub Duce Morosino post fugatos terra marique Barbaros, vi penetrârunt in Urbem Coronam, aliaque loca non pauca suæ fecerunt potestatis.

Genuensibus pax reddita à Rege Galliæ, pacto adventu Ducis Parisios, & quatuor Senatorum Genuensis Reipublicæ, qui modestis excusationibus præterita diluentes Regi Ludovico satisfacerent,

ANNVS 1686.

VIx Janus cæpit aperire annum, cum miles Cæsareus sibi cæpit aditum aperire ad victorias. Inter ipsas Calendas Januarii captum à Mercio Aradium, arx sita ad flumen Marosium, cæsis in ea bis mille Janizaris, qui novo delectu ad signa vocati properabant in Hungariam. Aradium secutum est paulò post castrum S. Jobi, quod Caraffa felici unius glandis ignivomæ jactu ad deditiōnem coëgit.

Præ-

Prælusu[m] his victoriis magno illi triumpho, quem domita tandem, tentata prius toties, victa nunquam, præbuit Buda victori exercitui Christano. Septembris secundus fuit dies ille felicissimus, quo repetitis per collabentium murorum ruinas insultibus inspectante coram exercitu hostili validissimo & nequicquam frenidente, Hungariae Metropolis sub jugum missa, virtute Ducū Lotharingi & Bayari, ut cuius flecti non potuit pertinacia, frangeretur.

Eodem captae urbis die Romæ Innocentius Pontifex, quasi divinâ inspiratione tantam victoriam edoctus, Christiani orbis lætitiam 27 Purpuratorū creatione cumulavit.

Plus ultra progreditur victoria, Ludovicus Princeps Badensis aliquarum copiarum per Ungariam Ductor mense Septembri, partim solo nominis sui terrore, partim levibus obsidionibus expugnavit Simonturiam, Quinque Ecclesiás, Siclosium, Capos, varium.

Dux Veteranus, mense Octobri cum 5000 trino certamine cædit Turcarum & Tartarorum viginti ferè millia; triplicem victoriam ingens consecuta equorum, & generis omnis impedimentum præda, cuius caput

Hec non solum fuit

uit Segedinum, urbs egregia ad Tibiscum, quam puduit porro subesse Barbaris, toties, tamque turpiter victis.

Venetis nulli non menses expeditionis Aestivæ fuere candidi, & secundo Marte adversus Barbaros auspicati.

Mense Junio cessit victricibus corum armis, post fugatos, castrisque exutos hostes Novarinum.

Mense Julio Methone, vulgo *Modone*, Turcici in Peloponeso Præfecti sedes; mense verò Augusto post aliquot hebdomadarū obsidionem etiam Nauplia, nunc dicta, Napolidi Romania, situ, munimentis & quæ, ac incolarum numero inclyta civitas ad intimum sinū Argolici littus.

Nec nihil egere Poloni sub Rege suo Joanne Casiniro. Reduces enim ex finibus Moldaviæ, quod ante paucos menses cum grandi apparatus fama moverant; Tartaros adhuc somno oppressos, nihilque tale somniantes. Octobr. summo diluculo aggrediuntur, & clade insigni sternunt, mulis in servitutem abductis; reliquis in proximas sylva celeri fugâ dilapsis.

Inter eosdem & Moschos sancta nonis Iunii pax & armorum fæderatio adversus commun-

comunes Christianorum hostes, Turchas, magni Catholicorum proventu quibus ne quicquam refragante Patriarchâ Schismatis libera permitta facultas operandi sacris Romanistum Chioviæ tum Smolenski.

In Sabaudia Solenni Ducis edicto iussi Hæretici vel è subalpinis vallibus excedere, vel fidem Orthodoxam amplecti, pena capitis statutâ iis, qui obstinata pervicacia patere renuissent. Quod tamen cum multi insuper haberent, & exire & converti detrectantes, armis tandem compulsi sunt exulare, gravius plectendi, nisi Oratores Helveti mitiora Duci persuasissent.

Augustæ Vindelicorum Calendis Augu-
sti sancita est inter Cæsarem, Imperii Ordines, & Rempublicam Batavorum fœderatio admutuam, si quod immineret bellum, Sta-
tuum defensionem, decretusque 6000 mi-
litum delectus, qui communi expensa pro
quota cujusque parte haberetur. Quo ani-
mo id fuerit acceptum à parte adversaria,
ostendit lactuosum, & internecinum illud
bellum, quo paulò post universa ferme Eu-
ropa miserrimè conflagravit.

Delphino tertium peperit filium Christi-
na, conjunx pridie calend. Septemb. cui

attributum Caroli nomen, & agnomen Ducis Bituricensium. Sub idem tempus Regiam aulam nova lætitia cumulavit Oratorum Siamensium adyentus; qui Regi Ludovico exhibiti non solam ei potentissimi Regis amicitiam & fœdera spoenderunt, sed etiam liberalibus eum donis, regiamque familiam honestaverunt.

ANNO 1687.

Mense Januario solenni pompâ Romam ingressus est Castelmenius Comes, Jacobi Anglorum Regis nomine, Orator ejus, & Catholicorum, qui in eodem regno versabantur, Innocentio Romano Pontifici obedientiam & obsequia protestatus. Dici vix potest, quam piis motibus, quamque festivis glauisibus excepta hæc legatio ab optimo Pontifice, totâque aula Pontifica, quæ inde sperabat, propediem inter Romanam Ecclesiam, & regnum Anglicanum ea fœdera instauratum iri, quæ tanta utriusque gloria quondam viguerant.

Alius fuit Romæ sensus in ingressu Henrici Caroli Marchionis Lavardini Regis Ludovici ad Pontificem Oratoris, quem in urbem habuit solennem i Decemb. eodem anno, stipatus fere ducentis armatis, absque

pro-

miscuā Tibicinum, Epheborū, Familiarū, equorum, rhedarum, curruum, & impedimentorum multitudine, quæ pene exercitū referebat; apparatui tanto occasionem præbuit constans voluntas Pontificis abolendi Oratorum asyla, seu *Franchigias*, ut vocant, *Quarteriorum*, quæ videbatur Lavardinus tueri velle; frustra proinde à Pontifice audiri petiit, minisque & precibus egit, ut velut Orator haberetur, alto ubique silentio exceptus ab iis Innocentii Ministris, quos eapropter convenit. Quin etiam publico interdicto devota Ecclesia S. Ludovici, in quam festis Natalitiis Christi se Orator contulerat devotionis gratiâ.

Novo animorum & armorum fœdere juncti Lotharingiæ & Bavariæ Duces exercitum Cæsareum ad nova Turcis damna inferenda hoc anno deduxere in Hungariam. Primo sui adventu ejecere statim Barbaros Dardâ; insigni paulò post clade attriverunt inter Siclosium & Mohazium, elueruntq; satis maculam illam sanguineam, quam olim eodem in loco deleto cum copiis Ludovico Rege Hungariæ fecit Solymannus.

Post victoriam ducta pars copiarum sub Duce Lotharingiæ in Transylvaniam, & ar-

matis argumentis setiò explorata fides tam dubia quam periculosa Abaffi Principis ; quibusid etiam effectum , ut brevi integra Provincia assereretur Cæsari , belli tam pretiosi dispendia suâ Symbolâ egregiè compensatura. Dum interim Orovitzia Posuga , Palota , Esseckium , Walpo , aliæque tum in Hungaria , tum in Sclavonia urbes sese reliqui exercitûs Ductoribus solo victricis fortunæ timore perculsa submittebant.

Coronavit hujus anni victorias Agria sive Erla , quæ integro licet murorum & muniti-
mentorum ambitu valens , urgente râmen fame , ad deditio[n]em compulsa est mense Decembri.

Mense eodem Corona Hungariæ , jure non electionis , sed acquisitionis , & proinde hereditario ad nepotes Austriacos transmitenda , imposta est Posonii ab Archiepisco-
po Strigoniensi *Josepho Leopoldi* primogeni-
to , eo omni , & maximè solenni ritu , quo prisci Pannorum Reges , etiam dum maxi-
mè res florerent , inaugurar i consueverant .

Mense Julio Morosinus classis Venetæ
Præfectus excensione facta in Peloponeso
primo impetu aggressus Patras , fugatoque Seraskirio , qui urbi suspectias infere desti-
nabat .

nabat, mox ditione accepit. Inde delatus in sinum Corinthiacum utrâque arce, & urbe Naupacto nullo negotio est potitus, fugientibus undique Turcis, antequam obsidione premerentur.

Priedie idus Augusti cessit in potestatem Morosini Corinthus flammis prius data à Barbaris, quam secuta est post tentatam inutili dispersione Malvasiam arx Atheniensis, cuius praesidiarii sexcenti vix incolunt vitam à victoribus exorârunt.

In Dalmatia armis vetricis Reipublicæ post toleratam dierum 30 obsidionem caput submisit Castel novo, hostilisque exercitus semel ac iterum fortiter repressus.

Constantinopoli gravis coorta seditio adversus Sultanum Mehemetem, & magnis clamoribus ab eo expetita capita Vezirii, aliorumque aulæ ministrorum, quorum auspiciis restam improsperè acta, quæ demeti illico Barbarus jussit, ut placaret furorem seditionis; qui tamen non quieverunt, d'iam ipse Mehemetes publicâ exauthoratione solio exturbatus, carcerique addictus esset. In ejus locum in eunte Novembri suffectus Solimannus IV.

Lobkowitzius Ablegatus Cæsareus fru-
stra

stra aulæ Parisiensi excusare nititur foedus Augustanum, quod sibi velut infensum, & minax omnino abolitum voluit Rex Christianissimus.

ANNUS 1688.

Hoc anno Innocentio Pontifici cum epistolis & muneribus à Siamensi Rege ad eum destinatis sese stiterunt tres Ora- tores Gentiles, qui Principis Ethnici nomi- ne amplitudinis & sanctitatis famam sunt gratulati. His mutuo officio respondit In- nocentius, legatosque omnibus singularis benevolentiae argumentis à suis tractari vo- luit.

Mense Januario Mungazium arx muni- tissimā in finibus Hungariæ & Transylva- niæ tandem post longam obsidionem latam Cæsari dedidit Teckelii uxor.

Mense Majo simili obsidione fatigati Turcæ Albæ Regalis in Hungaria inferiore Præsidiarii, & ad extremum inediæ & famis adducti urbem Cæsarianis concesserunt.

Lippia expugnatur à Caraffa, captis, cæ- sisque bis mille Præsidiariis Turcis in mense Junio, Castanovizza, Gradisca, aliisque op- pida & arces, quæ vel ad Savum, ad vel Uni- nam erant potestatis Turcicæ, capiuntur.

1592

¶

meñse

mense Augusto à Ludovico Principe Baden-
si, cuius præterea virtus incredibilis & feli-
citas prorsus singularis fuit, quod in his par-
tibus cum tribus millibus Germanorum fu-
derit 16000 Turcarum, cæsis ad minimum
5000, omnibus hostilis exercitūs impedi-
mentis in potestatem redactis, cuius victo-
riæ trophæa 32 militaria vexilla Vienna m ad
Cæsarem transmissa.

Sexto Septembris expugnatum ab Em-
manuele Electore Bavarо Belgradum vi &
aggressione ultima, sed perquam difficili,
quæ improspera hanc dubiè fuisset, nisi
facta fuisset à Germanis, quorum virtuti &
fortitudini nihil invium. Capto Belgrado
urbе, inter præcipuas Europæ insigni, latè
extra Hungariam in Serviam & Bulgariam
protensa ditio Cæsariæ.

Mense Junio natus Jacobo Angliae Regi
ex uxore Maria Eleonora Estensi (quam an-
nis decem habuerat sterilem) filius primo-
genitus, quem Caroli nomine, & Walfæ
Principis titulo insignitum voluit. Excepta
res summa Catholicorum omnium gratula-
tione, quod sic sperarent, Jacobo Regi Ca-
tholico, successum Carolum filium Ca-
tholicum.

178 Eventus memorabiles.

Spes Catholicorum evertit adventus clas-
sis Hollandicæ, quæ mense Novembri ex-
ponebat ad littus Angliae Wilhelmum Prin-
cipem Autiacum, succinatum sedecim ar-
matorum milibus, qui ea de causa hanc ex-
peditionem se suscepisse professus fuit, ut
tueretur Religionem & libertatem Angli-
canam, quas à Rege Jacobo oppressum iri
querebatur. Armato Genero armatus Socer
in festis insignis occurrere statuerat, sed de-
stitutus ab infido exercitu brevi nihil ha-
buit super, præter titulum Regis, Regni me-
moriā, & dubiam fugam, cui primò con-
jagem cum filio, tunc se, & fortunam com-
misit.

Turbas Anglicas præcessere medio ferè
mense motus Gallorum in Germania. Pri-
mum impetum sensere exeunte Septembri
Keiserslutra, Wormatia, & Spira, tum præ-
fidiis firmata Gallicis Heidelberg, Hail-
bronna, & Moguntia, Philippoburgum
post obsidionem dierum 26. ad ditionem
coactum, subactum demum cum Francken-
dalio Manhemium, restitit, sibi que consti-
tit, quamvis non illæsa, sola Confluentia,
quæ tentari & lacerari poruit, capi, vel su-
perari non potuit.

Mense

Mense Septembri peperit Petro Regi Lusitaniæ nova conjunx *Maria Sophia Neoburgensis* anno priori nupta filium summâ ejus aulæ lætitiâ, quæ tamen, mortuo Principe, brevi dierum periodo circumscripta fuit.

Demortuo Duci Venetorum Marco Antonio Justiniano summo omnium consensu suffectus fuit Franciscus Morosinus summus classis Venetæ Præfectus, non permittente votorum dissidâ tantâ virtutum famâ, quibus orbem impleverat Morosinus. Plus laborandum fuit apud Ubios in conciliandis suffragiis pro substituendo successore defuncto Electori, & Archiepiscopo Coloniensi Henrico Maximiliano, contendibus pro Insula duobus Candidatis valde potentibus : neglecta tandem designatione, & postulatione Coadjutoris Principis Fürstenbergii, fasces via electionis delati Josepho Clementi Duci Bayariæ, adnitente Cæsare, & approbante Pontifice.

ANNO 1689.

Obiit hoc anno summo orbis Christiani luctu Romæ *Innocentius XI.* Pont. max. suorum annorum 78. optimorum Ecclesiæ Catholice Principum nulli secundus, seu morum pietate & innocentia, seu constanti, & invisi-

sto Ecclesiasticæ disciplinæ zelo, seu denuo, quod rarum est, rerum omnium sacerdotalium contemptu, quo Pontificatus opibus non solum abstinuit, sed & suos affines & consanguineos voluit temperare, nullis unquam precibus eò se adduci passus, ut otiosas dignitates & officia eis concederet, belli adversus infideles ferventissimus promotor Ecclesiæ opes fœderatis adversus eos Principibus profundere non destitit, donec vixit. Unde attributæ non tam bellantium virtuti, quam Innocentii liberalitatis & præcum merito tot victoriæ, quibus Christiani Barbaros ejus tempore domuerunt. Innocentio Cardinalium votis suffectus est in summo Pontificatu Petrus Ottobonus, qui Alexandri VIII, nomen assumpsit.

Ibidem obiit mense Aprili Christina Alexandra Suecorum Regina annorum 63, quæ rarissimo exemplo cōpertâ vi proprii ingeni, & acrificio sc̄tæ suæ Luthericæ vanitate, ut Catholicam, quam amplectebatur, fidem tutò & libere profiteri posset, abdicato Regno Romam contendit, & ibi per plures annos inculpatiis moribus imò inter religiosissimæ pietatis exercitamenta omnia, quæ Principem mulierem decent, consenuit. Sepul-

Eus

F H

it. Sepulta fuit in Basilica D. Petri Vaticani, in qua præter Pontifices nullus tumulatur, solis duabus virginibus concessa prælegio, quarum una Mathildis regnum, Christina hæc altera Reginam Ecclesiæ donavit.

Rex Jacobus fugitus ex Anglia in Gallia à Rege Ludovico omni comitatis officio excipitur. Ejusdem Ludovici munificèntia Regium S. Germanni propè Parissios palatium cum Regio Prætorianorum & Officialium apparatu habitandum accipit, omnibus ærarii regii expensis usurus, dum in Gallia vixerit, meliorve rebus turbatis sors arriserit. Cujus spe mense Aprili clausa Gallicâ appulsus in Hybernia Londonderræ, quæ tenebatur præsidio Wilhelmiano, obsidionem admovet, quam tamen postea, illatis urbi subsidiis, iterum solvere cogitur. Arx insuper Edimburgi, quam hæc tenus nomine Jacobi fortiter propugnârat Gordonus, cessit in potestatem hostium.

Regno interim Anglico velut derelicto potitus Princeps Wilhelmus grandi Heterodoxorum plausu excipitur Londini, ibidemque mense Aprili cum Maria conjugé solenni ritu regiis insignibus inauguratur.

Ejus in partes transeunt potentissimi quicq;
Europæ Principes, quibus omnibus à Rege
Christianissimo bellum indicitur.

Ludovicus Badensis in Servia castra Tur-
carum, etsi centum & amplius tormentis
bellicis munita vi expugnat, & per interne-
ciam hostium cladem iis cum omnibus ex-
ercitus impedimentis & opibus potitur.
Barbarorum reliquæ delentur sub muris
Nissæ, quo se receperant, Nissaque nullo
obstante capitur. Relectum inde iter cum
parte copiarum versus Danubium, ubi pro-
fligatis rursus Turcis, & dissipatis naviis
hostilibus expugnatur Widinum. Pars re-
liqua exercitus progressa est in interiora Al-
baniæ, penetratura ad Oceanum usque, nisi
insolentius agendo animos incolarum irri-
casset, à quibus proinde male habita, & cla-
de non levia trita didicit rursum vinci.

Exeunte Majo & ineunte Junio cœpit ar-
dere Rhenus. Abière in cineres Spira, Wormatia,
Franckendalium, Oppenheimium,
Binga, Baccaracum, Badena, Pfortzhemium,
Etlinga, aliæque urbes complures celeberrimæ,
quas omnes Mars Gallicus flaminis
consecravit. 11
Moguntia, urbs ad Rhenum nobilissima
arte.

arte omni & validissimo præsidio à Gallis
munita mense Julio à Carolo Duce Lotha-
ringiæ, summo fœderati exercitus Præfecto
obsidetur & post duorum ferè mensium ob-
sitionem acerrimam ditione capitur &
Septembris. Vix alicubi hactenus majoribus
animis aut pugnari aut repugnari vixum fu-
it. Gallorum sex millia (totidem ad minimū
inter obsitionis labores perierunt) deditio-
nis pactis urbe excessere.

Ejusdem Ducis virtuti invictæ cessit pau-
lò post Bonnæ , quæ per æstatem à copiis
brandenburgicis globis sphærisque ignivo-
mis vastari quidem, expugnari tamen non
poterat.

Hoc anno constituta est pax inter Sinen-
ses & Moschos in urbe Nipehou Tartariae
Orientalis propè Sinensis Imperii fines ope-
râ duorum PP. è Soc. Jesu, Thomæ Pereiræ
Lusitani , & Joannis Francisci Gerbillonii
Galli , quos legationi suæ solenni ad locum
congressus addiderat Imperator Sinarum.
Comitatus legationis Sinicæ fuit hominum
Octo aut novem millium, in quibus tria mil-
lia militum. Mandarini, id est Magistratibus
præcipuis conspicui, 150. equi supra 12000.
Cavalerorum 3000. tormenta bellica s. 1. ha

P. Ger-

P, Gerbillonius in litteris 2, & 3. Septembr.
ex urbe Nepchou ad P. Franciscum de la
Chaise.

ANNUS 1690.

ROMÆ solenni ritu Sanctorum catalogo
annumerati ab Alexandro VIII. Lauren-
tius Justinianus Venetiarum primus Patri-
archa, Joannes à S. Facundo Augustinianus,
Joannes Capistranus, & Pasqualis Baylon
Franciscani, & Joannes de Dee Fratrum Xe-
nodochiis inservientium Fundator.

Augustæ Vindelicorum *Iosephus Leopoldi*
primogenitus à concordi Electorum Col-
legio renuntiatur Rex Romanorum, Regi-
isque insignibus inauguratur cum incredi-
bili pompa, & populorum plauſu die 26
mensis Januarii. Ibidem paulo post solenni
inauguratione insignita est dignitate Augu-
stali *Eleonora Magdalena Theresia Augustif-
fimi Leopoldi* augusta conjunx.

Ad initium Aprilis post obsidionem ferè
annuam laxiorem fame tandem adacta col-
lum submisit Cæsari Canisa, invicti roboris
in Hungaria inferiore munimentum.

Mense eodem Welitzii propè Linziu[m]
morte prostratus obiit Mars Austriacus Cæ-
sar V, Dux Lotharingiæ, summus Cæsaris

Archiv

Archiv

Archistrategus, inter primos merito, quos
ulla unquam ætas vidit, Heroes numeran-
dus, pius, fortis, felix victoriosus. Moriens
animam transcripsit cœlo, proles commen-
davit Cæsari, famam commisit æternitati.

Improspero admodum Marte hoc anno
pugnatum adversus Turcas in Servia, Straf-
serus tribunus, dum audaciùs quām cautiùs
Tartaros numero longè superiores aggredi-
tur, cum magna copiarum parte occiditur.
Nō ssa occupatur, Vidiūm arx fortissimā
post triduanam obsidionem non fortissimā
ignaviā Præfecti deditur. Belgradum à fe-
rociente exercitu Barbarorum magnis ani-
mis obsidetur, & post octidū duntaxat op-
pugnationem vi expugnatur, quod globus
hostilis casu fatali in turrim pulverariam il-
lapsus, incensa arce & disiectis magna ex
parte muris, ad irrumendum viam Turcis
aperuisset. Ex propupnatoribus 3220 vix
400. cum primoribus Ducibus ægerrima
fuga in alteram Danubii ripam dilapsi, reli-
quis omnibus vel flammis aut ferro absum-
tis. Excusum inde in Hungariam à victore
Barbaro ad mœnia usque Essecki, quod pe-
rierat, nisi astu militari delusus Ducis Croji,
territusque facto per tubas & tympana ad-

ventu

ventu subsidii retro viam relegisset Bassa
Bossniensis.

Non tam felicius in Transylvania; quatuor & serianorum millia, quæ ad tutandos provinciæ fines excubabant, ab irruente Texkelio cum auxiliaribus Tartaris, Turcis & Wallachis, improvisa irruptione deleta, captis ipsis Ducibus Heuslero & Doria. Unde brevi ditio ferè integra cessit in potestatem victoris. Res turbatissimas restituere visus Princeps Badensis, qui cum exiguis copiis Transylvaniam ingressus, per continuas velitationes tam fortiter & efficaciter presul rebellem incubatorem, ut eadem, quæ venerat, celeritate provincia excedere cogatur.

38 In Belgio terra marique triumphant Gal-
li. In freto Caletano ab eis depressa classis
Batava. Ad Floriacum verò cæsus profliga-
tusque Waldeckius cum summa potestate
Præfектus exercitui fœderato.

Ab iisdem male habitus propè Salucias
in Pedemontio vicit Amedeus Dux Sabau-
diæ, qui nuper ad partes fœderatorum tran-
sierat.

In Hybernia frustra sibi demereri labo-
ravit fortunam belli adversam infelix Rex

Digitized by

Jaco-

Jacobus; Cæsus enim fugatūsque unā cum Gallis subsidiariis, amissō Dublino, Drogheda, King's alio, aliisque urbibus præcipuis rursus in Gallias vela facere coactus fuit. Domita tandem à Veneris post toleratam obsidionem mensium 17. Malvasia, qua expugnata nunc tota Peloponesus est Domini Veneti.

Dux Morosinus Venetiis solenni pompa recepit pileum & ensim à Romano Pontifice religioso ritu consecratos, è summo armorum Præfecto, factus Reipublicæ Princeps.

ANNVS 1691.

Exente Januario Alexander VIII. Roma solenni ritu præsentibus Cardinalibus, promulgavit bullam, jam formatam & subscriptam proximè elapso mense Augusto, quâ assertas à Clero Gallico in comitiis 1682. quatuor propositiones de authoritate seu Pontificia, seu Ecclesiæ universæ, actaque ab eo circa *Regalia* extensionem, & à quocunque contra locorum ac personarum Ecclesiasticarum immunitates ac privilégia rescidit, ac nullius valoris, aut roboris fuisse, aut fore unquam declaravit. Defunctus hoc actu solenni, quem non nulli in-

digitat.

digitarunt Pœnitentiam gloriosam de indul-
tis scilicet antea Coronæ Francie, vitâ pari-
ter sanctus obiit die postero Februarii primo
magno suorum mœrore elatus.

Alexandro post longam 5. mēsium con-
sultationem tandem Cardinalium votis suf-
fēctus fuit mense Julio. Antonius Pignateli-
lus Neapolitanus, qui Innocentii XII. no-
mine insigniri voluit Zeli cognominis an-
tecessoris in afferenda disciplina Ecclesiasti-
ca æmulator acerrimus.

Mense Julio congregariur cùm Turcis
propè Salanckemenum ad Danubium acie
admodum cruenta Princeps Ludovicus Ba-
densis, & post aliquot horarum pugnam
acerrimam perruptis demum castris Barba-
ros in medio conclusos strage ab hoc Bello
Turcico inaudita prosternit. Cecidere ex
Turcis summus Vezirius- & præcipui quiq;
Duces cum integro robore exercitūs, cam-
pus per aliquot milliaria Germanica stratus
oppletusque cadaveribus; in castris reperta
154 tormenta majora ænea, præcipuum Ve-
ziri vexillum, & prope innumera armorum,
commeatuum & jumentorum multitudo.

In eunte Aprili cedit in Gallorum pote-
statem Nicea arx in finibus Liguriæ Imperii
Sabau-

Sabaudici munitissima quæ, integras olim
Turcarum vires sub Solymanno fregerat.
Ab obsidione tamen Cunei turpiter fugantur,
impedimentorum etiam parte derelicta,
ne cum Eugenio Sabaudiæ Principe ad
ferendas suppetias celerante pugnam conserere cogerentur. Eisdem extorta ab Ele-
ctore Bavariæ, copiarum Cæsarianarum
Duce supremo, Fossanum, Savilianum &
Saluciæ; & paulò post etiam Carmaniola
cum ingenti commeatuum copia, quam ibi-
dem Galli coacervârant.

Res & ditio omnis Regis Jacobi in Hy-
bernia redacta hoc anno est ad angustias u-
nius Limimericæ, quæ deinceps & ipsa longa
obsidione fatigata se dedidit Guinkelio Du-
ci Wilhelmo 6 Octobris.

Mense Decembri renunciatus est à Rege
Hispaniæ Carolo Belgii catholici Guberna-
tor perpetuus Maximilianus Emmanuel E-
lector Bavariæ, cum ea omni in rebus geren-
dis autoritate, quâ absolutus Regionis
Dominus uti possit. In pensionem menstruū
eidem assignata 70000 Imperialium,

ANNUS 1692.

Tandem etiam Varadinum majus, inter
præcipua Hungariæ munimenta, posita

per

pervicaciâ cervicem Leopoldo submisit, quanto hujus gaudio, & aulæ Cæsareæ plausu, tanto Turcarum luctu, & mœrore Rebelium Hungarorum, quorum inquietum genitum, impiamque nova semper moliendi libidinem multum retudit jactura Varadini. 170 Viennæ solenni ritu collata investitura noni Electoratus cum annexo officio ac prærogativa S. R. I. Archi - Vexilliferatus Ernesto Augusto Duci Hannoverano, & Episcopo Osnabrugensi.

Iterum felix in Belgio Rex Christianissimus. Namurcum, civitatem & arcem munitionissimam mensis unius, & aliquot dierum oppugnatione acerrima in potestatē redigit, & paulò post in campo Steinkirchano confederatos ad receptum cogit. Minus felix in partibus Sabaudorum, quorum di-reptioni, amissio Embruno & aliis nonnullis locis, coactus permittere Delphinatum. Infelicissimus in Oceano, ubi ornatissima Gallorum classis disjecta strage planè fatali Rüssello Archithalasso Anglico. Concremata navigia 56. capta 19, periēre classiariorum 6000. duo millia venere incensum captivorum. Grande vulnus felicitatis Francicæ, cui vix pluribus annis medela afferri potuit.

Parisus

Parisiis grandis ex ære statua 80000, dedicata est gloriæ Ludovici Regis Christianissimi.

Exeunte Decembri frustra oppugnata fuit à Tallardio Rheinfelsa arx egregiè munita ad Rhenum, adsita oppido S. Goaris; jam occupatis monumentis exterioribus muris imminebant Galli, cum ab erumpentibus die postero magnâ alacritate Hassis, & munimenta & arcem, solutâ non sine magna suorum clade obsidione, deserere coguntur.

Tandem Deo auspice, & inde tesso studio PP. Missionarium Soc. Jesu impetrata, & permissa est Sinis omnibus Christianæ religionis libertas, solennique decreto promulgata Peckini, in urbe regia, die 5 Lunæ 2 anno imperantis Khambu Imperatoris 31. à fundatione Imperii Tartaro-Sinici 49. à conditâ Sinarum Monarchiâ 4644 à primo Christianæ fidei ingressu in Sinas (juxta id quod refert in Provincia Xeusi erecta Pyramis) 1056. à morte S. Xaverii ad portas Sinarum 140. à fundatione Missionis Sinensis per PP. Soc. Jesu 109. anno Christi 1692. die 22 Martii. Decretum hanc libertatem concedens ita habet :

Supremum Tribunalis Rituum Praeses Cn.
ad 1716.9. parax

paray & ceteri mecum judices, obedituri Ma-
jestatis tua mandato, super negotio proposito
nostram sententiam proferimus.

Nos omnes rem sedulo discussientes ac exa-
minantes invenimus, quod illi viri Europaei
(PP. Soc. Jesu) invitati fama virtutum ma-
jestatis tua plura dena stadiorum millia, ac
immensum prope mare emensi sunt, ut huc per-
venirent. Hi verò Mathematica Praefectu-
ram nunc obeunt, & Astronomiam diri-
gunt; tempore bellorum conflandis machinis
gnaviter incubuerunt: Missi ad Moschos
egregiam operam sinceramque navarunt, effi-
cientes, ut negotium de pace feliciter conclu-
deretur. Sane illorum merita plurima & ma-
gnasunt; ipsi etiam Europaei, & alij eorum
socij, qui in singulis habitant Provincijs male
nihil omnino operantur, nullas excitant per-
turbationes. Tartarorum sacerdotes, uti &
Bonzij Sinenses sua habent fana, & permitti-
tur omnibus, ut illa adeant, & ibi veneratio-
nem exhibeant ihura cremantes. E contra ve-
rò Religio Europeorum (quibus nihil mali
impunari potest) prohibita jam fuit in hoc im-
perio. Quod quidem videtur à ratione alienū.
Parigitur est, ut in omnibus Provincijs eorū,
templos, sicut antea semper factum est, conser-
ven-

uentur, & omnibus secundum antiquam con-
suetudinem permittatur Religionem Christia-
nam profiteri, & templo adire prohibitione
omnino sublatâ. Hanc sententiam nostram
subjecimus majestatis tuae arbitrio, ac judica-
mus, si ita annuat, eam in omnibus Provincijs
promulgandam. Khamhii anno 31, Luna 2,
die 3.

Subscriptio facta ab Imperatore fuere duo
characteres Sinici, quorum sensus est : *As-
sentior oonsulto. Ita Relatio P. Josephi Sua-
rii Lusitani Collegij Peckinensis Rectoris mis-
sa in Europam.*

ANNUS 1693.

MUltum hoc anno laboratum Romæ
ab Estræo & Jansonio Cardinalibus
Gallis de tollendis dissidiis, quibus nuper
involutæ aulæ Pontificia & Francica per
causam Lavardini & Comitia Cleri Gallica-
ni, nec sine fructu ; præsentatis ad infulas
Gallicanas confirmationem pollicitus est
Pontifex eâ lege, si submissionem debitam
erga sanctam Sedem & pœnitudinem de a-
etis in Comitiis Cleri Gallicanis fuissent
testati.

Viennæ in foro erecta elegantissima ex
marmore candido Pyramis, altitudine pedū

66. figuris variis, Emblematis & Angelorum statuis artificiosissimè elaborata. In summitate columnæ eminet imago Ss. Trinitatis; infra statua Leopoldi in ornatu quidem Augustali, sed in genua provoluti. Inscriptiones ad latera pyramidis exhibent pia sensa Imperatoris, qui hunc Colossum velit prostare perenne monumentum gratitudinis erga immortale Numen pro depulsâ feliciter pestifera lue à Vienna & Austria; adjecta sunt incensissima vota, quibus Leopoldus, se, Conjugem, Liberos, Domum, exercitus, Regna & Provincias Divinæ protectioni demississimè commendat.

Jeno superioris Hungariæ in finibus Transylvaniæ munimentum Nobile ab Heüslero ad deditiōnem cogitur: Belgradum vero à Duce Croyo infeliciter obsidetur.

In Catalaunia expugnatur à Gallis per Duce Noaillium Roses portus maritimus, in Sabaudia per Cattinatium fortalitium S. Brigidæ, quod paulò ante fœderati, post impetum per aliquot dies globis ignivomis Pignarolum, depulso Gallico præsidio feliciter interceperant.

In tractu Rheni superioris Heidelberga, sedes antiqua Electorum, Comitumque Palatino-

latinorum Rheni ignaviâ Præfecti capitul, diripitur flammis que in miserandum bustū vertitur. Ferocientes inde Galli cum exercitu florentissimo sub auspiciis Delphini magnis animis irruptionem tentant in Franconiam & Sueviam, sed fortiter retusi à Principe Ludovico Badensi, qui cum copiis non maximis ad Heilbronniam castra firmaverat, anni reliquum morâ inutili in castris non fine magna jactura suorum terere coguntur nullo alio facinore, quam incendio Heidelbergæ, illustres.

In Belgio tamen non procul Lovanio triumphum cecinere de exercitu Fœderatorum, eorumque summis capitibus Rege Angliæ, & Electore Bayaro, sed qui totam Galliam in luctum induit. Cecidere ex Gallis 20000. inter quos numerati 60 Generales, & 3000 Officiales minores. Ex fœderatis verò octo circiter millia, qui tamen victoriā cessisse visi, quod arena excesserint suorum paucitati diffisi.

Expeditionibus Gallicis hujus anni finem imposuit expugnatio Caroloregii, quæ in potestate Regis Christianissimi cessit mense Octobri.

Parisiis institutus Ordo Equitum S. Ludovici,

dovici , cuius supremus Magister est ipse Rex, insigne, crux cum imagine S. Ludovici gestanda ad pectus & ligamine rubro.

Sicilia hoc anno tam vehementi terræ motu concussa, ut inter medium quadrantem horæ decem venustæ urbes , 40 muri^s vestita oppida, castella & arces, & plusquam 100 pagi vel corruerint; vel hiante terra planè subsiderint. Ex hominibus periēre centū & triginta facilè millia, in solâ summa æde urbis Catanensis vivi sepulti sunt fere decies milie, solo illæso Sacerdote , qui ad altare consistens populo benedicturus Venerabile exhibebat.

ANNVS 1694.

ROmæ ab Innocentio XII. formata Bulla aduersus Nepotismum , cui omnes Purpurati subscribere jubentur. Ejusdem liberalitate pauperum usibus plura passim exstructa Xenodochia , collectæ per duos viros nobiles eleemosynæ , coempta frumenta, & ea omnia sapientissimè constituta, quæ sublevandis egenorum necessitatibus, vel necessaria , vel opportuna videbantur.

In Ungaria superiore etiam Gyula, urbs egregia, artéque & natura munitissima, dominio Cæsaris se subjecit. Cæsa-

Cæsariani Duce supremo Generali Ca-
prara castra sua ad Petrivaradinum , pon-
tēmque geminum ad utramque Danubii ri-
pam opere multiplici egregiè muniunt , &
adversos insultus Turcarum impressionesq;
acerrimas per duos & amplius menses for-
tissimè excipiunt , dum demū adulto Octo-
bri fractus repetitis cladibus Vezirius lacero
exercitu Savum versus fugienti similis viam
relegit.

In Catalaunia fortuna Hispanorum ma-
gis, magisque claudicare incipit ; ad flumē
Terrium commisso prælio cæduntur , fu-
ganturque à Duce de Noailles Mareschallo
Franciæ. Ejusdem armis permittere cogun-
tur Palamos, urbem Cataloniæ maritimam
non ignobilem, tum Ostalricum ; & paucis
post diebus etiam Gironam, quæ civitas est
amplitudine, divitiis, & fede Archiepisco-
pali planè insignis.

Minùs infelices fuere in Africa , ubi sub
Marchione de Valpariso clade non exigua
affecerunt Ismaelem Myleyum Regem Fe-
zæ & Marocci ; quâ tamen clade Barbarus
minimè territus eodem hoc año corona cir-
cumcinxit Ceutam munitum oræ ma-
ritimæ ad angustias Maris Mediterranei no-
bilissimæ

bilissimum, in quo expugnādo post septen-
nem obsidionem, etiamnum laborat, sed
conatu irrito.

In Oceano liberè vagati sub Præfecto
Barclaio Angli, post interceptas centum &
amplius naves Gallicas varios hostiles por-
sus infestant, machinisque ignivomis & tre-
quenti globorū missilium jaculatione Die-
pum, Portūmque Gratia misere devastant.

Ludovicus Princeps Badensis sumus Cæ-
saris Legatūs post elusos feliciter Gallorum
conatus ad Rhenum & Nicrum inopinatō,
sumāque celeritate cum potiore parte exer-
citūs fœderati Rhenum trajicit, & incredi-
bili terrore totam concurrit Alsatiā, quæ
non tantūm terreri, sed & occupari potuif-
set, vacuis ferē præsidiario milite præcipuis
eius munimentis, si qui debuerant, id effica-
citer fuissent executi, quod ille prudenter
disposuerat. Non rediit tamen sine copiosa
præda Germanus miles, cui modò satis fuit
estendisse, quid posset, si vellet.

Veneti in Dalmatia post attritas iteratis
cladibus Turcarum copias expugnant Na-
rentā & Ciclutiū urbes hujus regni egre-
gias. Eorumdem ditioni adjecta Chios, in-
ter insulas maris mediterranei, præcipua.

AN-

A N N U S 1695.

Viennam hoc anno solenni pempa ingressus Fridericus Augustus Elector Saxonæ, eique ab Augustissimo commissum supremum in copias Cæsareas imperium in Hungaria, quò citatis itineribus contendit Elector exeunte Julio.

Res Ungaricas nonnihil afflixit amissa Lippa & Titulum. Gravius vulnus inflxit clades Veterani, qui ad fines Transylvaniæ cum aliquot legionibus insultus repetitos, eosque acerrimos totius exercitūs Turcici aliquamdiu fortiter, & eum decumana Barbarorum strage sustinuit, dum demum multitudine obrutus succubuit, & cum potiore copiarum parte gloriose occubuit.

Seraskierus ex Peloponeso, in quam a suis cum exercitu penetrare, cum ingenti clade suorum iterum ejicitur à Steinauio Germano, Duce supremo exercitūs Veneti in Regno Moreæ.

In Angliæ periculosa conjuratio, quam in caput Wilhelmi cuderant haud pauci Nobiles Angli Acatholici, mature detegitur à sacerdote Catholico, & opportunis remediis in tempore sopitur.

In Scotia & Hibernia ferro, carceribus,

& bonorum proscriptione multati, qui palam ausi festivis ignibus celebrare natalitia Principis Walliae.

Iterum in Oceano saevitum horrendum
flamnis, à Schovelio, Barclajo, Bembojo, &
Richardo classis Anglicanæ Præfectis in
portus Gallicos, ignibusque missilibus fœdè
lacerata Sanmaclovium, Granvilla, Cale-
tum, & Dünckerka.

Mense Julio Wilhelmus Rex Angliae, &
Elector Bavariae justam obsidionem admo-
vere cæperunt Namurco, ausu sane admodum
arduo, & molimine perquam difficili, cum
nōssent urbem arte & natura munitissimam
defendi quindecim & amplius bellatorum
millibus, Præfectis supremis Boufflerio &
Guiscario, militiæ veteranæ Ducibus eme-
ritis, nec procul abesse exercitum Gallicum
tot victoriis ferocem, qui que centena & am-
plius millia expleret. Aggressi nihilominus
opus magnis animis Anglus & Bavarus, &
expugnatis, quæ obstabant, claustris pluri-
mis primò cæperunt urbem 4 Augusti; tum
ulterius progressi ad valla, muros, reliquias
que munitiones arcis positæ in rupe durissi-
ma, qua continuis tormentorum fulmini-
bus, globorum ignivomorum jaculationi-
bus

bus & militum impressionibus per mensem
terè integrum ita oppugnârunt, ut demum
expugnârint, & i Septembris arcem victo-
res sint ingressi.

Interea Villaroius exercitûs Gallici Prä-
fectus summus, ne maneret obscurus in hac
expeditione, Bruxellas incendit globis igni-
vomis, & tertiam ferè partem in cineres re-
degit.

Casale, urbs in Ducatu Montferratensi
totius Italiae munitissima à fœderato exer-
citu post dierum 13 obsidionem strictiorem
Gallis ditione extorquetur, & ex deditio-
nis pactis, quæ adversus salutem publicam
cuderat privata Italorum utilitas, vallis &
mœnibus nudatur.

ANNUS 1696.

THeophilus Patriarcha Rascianorum in
Hungaria, Sclavonia, Transylvania, alii-
que locis finitimi post extortos ab Augu-
stissimo Imperatore certos favores & gratias
sibi, siisque Clero & Ecclesiis, publicè ejus-
rato schismate professus est fidem Romano-
Orthodoxam.

Exercitui Cæsareo in Hungaria denio
cum summa potestate præfuit ex voluntate
Augustissimi Fridericus Augustus Elector

Saxoniæ, qui in agro Temesvariensi congressus cum Sultano acri pugnâ, sed anticipi victoriâ; deleri potuisset, si vera nuncavit fama, exercitus hostilis, si mense adem constitisset omnibus,

Certiūs triumphâsse visus Contarenus Præfectus Venetus de Mezomorto Archithalasso Turcico cuius classem florentissimam pessimè habuit ad Insulam Andrum, navibus multis combustis, pluribus vel captis vel in turpem fugam abactis.

Dux Sabaudiæ, ne quicquam contradicente, & saniora suadente allegato Cæsareo Principe de Fondi, pacificatur cum Gallis inducias, quæ paulò post plendentibus Italîs, & frendentibus fœderatis degenerant in pacem perpetuam.

In Anglia post multas dil quisitiones & controversias lata est mortis sententia à Judicio Regio in omnes, qui initæ adversus caput & vitam Regis conspirationis rei judicari.

Mense Iunio rebus humanis exemptus vivere desiit Joannes Sobieskius Rex Poloniæ anno post regnum initum 23. tum multis rebus aliis, tum liberata Vienna Austriæ ab exercitu Barbarorum longè clarissimus.

Mortem Regis exceptit Conventus Sena-
torum Regni, in quo more solito Polono-
rum post multas altercationes nec incruen-
tas conventum demum 1. Non esse eligen-
dum Regem, nisi qui Religioni Romanæ
esset addictus, habendum verò pro hoste pa-
triæ, qui absque unaniini Ordinum consen-
su Regem quendam renuntiaret, aut Pia-
stum suaderet eligendum. 2. terminum e-
lectionis inchoandæ & finiendæ fore à 15.
Maji usque ad 26. Junii 1697. 3. Locum
electioni destinatum vallo & fossa esse mu-
niendum 4. Cardinali & Regi Prima-
ti, qui Regis tantisper vices obiret, consilia-
rios esse adjungendos. 5. Exercitūs rationē
habendam, ut stipendia militibus mature ex-
solvantur. 6. Denique Viduam Regiam
Regno interea debere excedere, ne vel pro
filio Jacobo, vel pro Principe Contio studia
sua interponat.

Ex America nuntiatum Aulæ Madritanæ,
novissimè inter Campechiam & Guatima-
lum detectos novos Indiæ populos, qui cer-
tis legibus vellent concedere in potestatem
Hispanorum.

Paci Ryswicensi præmissa hoc anno non-
nulla præludia, ejusque mediator delectus
Carolus Rex Sueciæ. I 6 A Mo-

A Moschis eripitur Turcis post longam & cruentam obsidionem Asoffium , seu ut alii Asockium, urbs & emporium celeberrimum ad fluvium Tanain, qui Europam dicitur dividere ab Asia.

Pätschæ, quod oppidum est in Hungaria superiore , conspecta est ab ingenti hominum multitudine imago per antiqua Virginis Deiparæ filium ulnis sustinentis per dies plusculos ex oculis fudisse copiosas lachrymas , quibus pie creditum fuit voluisse Cælum prænuntiare grandem illam tempestem; quam tūm adversus Regnum & Cæstrem coquebant cum Barbaris seditionis Hungari, quibus tamen anno in sequenti ope Virginis feliciter domitis, ut gratiæ haberentur tam gloriosæ Servatrici, asportata est imago portentosa Viennam, ubi sublimi conspicua peggiate pompa exquisitissima velut in triumpho circumgestata est per præcipuas quasque urbis Ecclesias , & demum in æde Principe D. Stephani ad perpetuam fidem, venerationem collocata.

ANNUS 1697.

Praefectoriam supremam Exercitus Cæsariani in Hungaria administravit jussu Cæsaris Eugenius Princeps Sabaudiaæ, eam-

que nobilitavit insigni victoria reportata ad Tibiscum propè oppidum Centam de Turcis, quos nil tale in castris metuentes inopinatò tanto ardore fuit aggressus, ut post certamen non admodum prolixum totum Barbarorum exercitum, qui cis fluvium constabat ex triginta facile bellatorum millib', in spectante ab altera parte Tibisci, & nequidquam frendente Sultano, vel ferro vel aquis immolaverit. Cessere victoribus in prædam castra, tormenta multa, jumenta & impedimenta ferè innumera. Ex Cæsariensis in acie desiderati vix ducenti.

Victoriam secuta cum parte copiarum irruptio in Bosniam, ex qua post nonnullas arcis expugnatas, & præsidio firmatas rediit post aliquot menses divite præda onustus miles.

Rex Christianissimus fundat in Galliis Episcopatum Blesensem, conversionem Hugonottarum fortiter & efficaciter urget, & Ludovico Delphini Primogenito, & Duci Burgundiæ nuptias cum Maria Ducis Sbaudiæ filia conciliat.

Idem Rex sibi subigit in Hannonia Athū, & in Catalaunia post longam & eruentam obfitionem Barcelonam urbem regni pri-

cipem, quam tamen non cepisset defendantem
eam adversus hostiles impetus admirabili
fortitudine Principe Hasso-Darmstadiano,
si meros propugnatores Germanos offendis-
set, & Hispani captam noluissent.

Mense Septembri fortiter oppugnatur,
& post dierum sex vel septem obsidionem
feliciter expugnatur a Duce Lotharingiae
Eberburgum; arx in Palatinatu inferiore
non procul Crucinaco fortissima, unde lon-
gè latèque ad agendas prædas excurrere so-
lebant Galli.

Pro Corona Poloniæ contendunt præ
cæteris non paucis competitores duo in pri-
mis potentes & nobiles, Ludovicus Princeps
Contius ex Regio sanguine Gallorum, &
Fridericus Augustus Elector Saxoniiæ, qui
hactenus sub nomine Principis Livii, Ode-
schalchi Nepotis Innocentii XI. cauta sag-
citate in animos & vota Magnatum irrepse-
rat. Prævalere tamen visus in Comitiis Var-
saviensibus detectus Fridericus Augustus,
& compertus testimoniiis authenticis Epi-
scopi Jaurinensis, & Nuncii Apostolici tran-
siisse a religione Heterodoxa ad Orthodo-
xam, illico a potiore suffragantium parte
festivis plausibus fuit proclamatus Rex Po-
lonorum

lonorum, quidquid contra niteretur Primas Regni, & pro suo Contio nihil non ageret, tentare t've, quem non dubitavit & ipsum renunciarē Regem. Sed vana sunt molumina, quæ eversum eūpt fatorum Ordinem. Designatus à cælo Rex Fridericus Augustus die 2 Septembr. Cracoviæ ab Episcopo Cu-
javiensi Regio diademate insignitur, & im-
perium feliciter ausplicatur.

Jacobus Rex Angliæ frustra scripto pub-
lico, eoque satis prolixo Principes Europæ,
& cum primis Religioni Orthodoxæ addi-
ctos obtestatur, ut in pace Ryswicensi, cuj^o
negotiū jam seriò agi videbat, sui restituendī rationem habere velint.

Tandem quadrimestri ultimo hujus anni post multos, morososque conventus con-
stituta pax Ryswici inter Fœderatos, Impe-
ratorem, Imperium, Hispanos, Anglos &
Batavos ex una, & Gallos ex altera parte.
Primi subscriberunt pactis 10 Septembribus
Hispani quib^o, plusculū concessū à Corona
Francica præsaga futuroruni. Secuti Hispani
die eodem Angli & Batavi allecti & ipsi
utilitate, quam spondebant oblatæ à Gallis
conditiones. Ultimus demum 20 Octobris
accessit Imperator cum Imperio, cuius tamē

missional

pars

pars non minima, quæ sacris Acatholicis addicta, renuit tunc quidem subscribere passionibus, quarum articulus quartus in adjecta appendice: *Religione tamen Catholicâ in locis sic restitutis in statu, quo nunc est, manente, plusculum visus favere rei Catholicæ.*

ANNO 1698.

Viennæ appulit mense Junio Legatio Moschovitica cum numero comitatu, cui ipse magnus Dux, dissimulato tamen Principis habitu, interfuit. Moratus hic fuit per dies plusculos, & ab Augustissimo totaque Aula Cæsarea habitus splendidissimè, eaque majestate & magnificentia, quæ tantos decebat hospites.

Expeditiō Hungarica solis ferè insumpta castra metationibus. Ferrum, quò minus denuo stringeretur in Barbarorum jugulos, visa est inhibuisse suscepta tractatio pacis, quam componendam quantocyus inter Principes Christianos & Turcas efficacissimè urgebant per suos internuncios Angli & Batavi.

In Gallia sudatum etiamnum indefesso studio in reducendis ad saniora subditis hereticis, quos Rex Christianissimus omnino imperavit vel non esse suos, vel esse Orthodoxos.

Con-

seculi decimi septimi.

202
209

Contraria studia in Anglia ; cuius cura
& sollicitudo præcipua fuit , tutos reddere
fasces Hæresis à conatibus Catholicorum ,
fautorumque Regis Jacobi. Unde solenni
Parlamenti decreto proclamati rei perduel-
lionis, quicunque absque liberi commeatus
litteris ex Gallia in Angliam trajecerint.

In Moschovia horrendis lævitiae penè in-
auditæ exemplis animadversum in eos , qui
Magni Ducis absentia abusi ad moliendas
res novas plebem ad seditionem concitave-
rant. Intra paucas hebdomadas numerata
ultra quater mille regni Proceres, Aulæ Mi-
nistri, Præfecti militiæ, quibus vel laqueus
gulam fregit, vel ferrum carnificis cervicem
refecuit, vel rota membra quassavit, vel tra-
jecta per ilia palus, producto per aliquot di-
es mortis acerbæ sensu, spiritum extorsit.

Reverso in Gallias sceptri Polonici rivali
Principe Contio firmari visum diadema Re-
gi Augusto Friderico, cuius partibus ex Con-
tianis mox accesserunt Mareschallus regni
Thesaurarius Lithuaniæ, Episcopus Ploz-
coviensis , Archiepiscopus Lembergensis,
Mareschallus Rocossianorum & complures
alii primæ notæ Magnates & Principes
quos secutus fuit demum & ipse Cardinalis

Primas

Primas jussu Romani Pontificis, Regemque Poloniæ Fridericum Augustum humili obsequio fuit deveneratus.

ANNUS 1699.

ROMÆ die 18 Maji, festo Ascensionis Dœminicæ publicata fuit ritu solenni, inter tubarum tympanorumque festivos strepit⁹ præsente Pontifice cum Patribus purpuratis Bulla Jubilæi Romani sive Ordinarii, quod in modò ex recepto Ecclesiæ more quovis anno vigesimo quinto à Romanis Pontificibus fidelibus indulgeri solet.

Huic Jubilæo datum est initium 24 Decembris in per vigilio Nativitatis Domini post apertam Portam Auream per consuetas cærimonias, quas obivit hoc anno, impeditis ab hac functione per infirmitatem corporis summo Pontifice & Cardinali Cibo, Cardinali Bouillonius Sacri Collegii Pro-Decanus.

Eodem anno ad iteratas preces & litteras Regis Christianissimi damnatae sunt ex libro Francisci Salignac Archiepiscopi Camerensis, cujus titulus : *Maximes sur la vie interieure des Saints ; propositiones 23. quæ sapere videbantur errores Molinosii. Bulla damnationis, ut primùm delata est in Galli-*

Galliam, mox ita volente Rege, ab Archi-
episcopis & Episcopis per omnes Ecclesiæ
Gallicanæ Diœceses vulgata & exactissimè
observari jussa fuit.

Die 24 Februarii ingressa est Viennam
regia Josephi Romanorum & Ungariæ Re-
gis Sponsa, Wilhelmina Amalia, Joannis
Friderici Ducis Hannoverani, qui 1650 Af-
fissi in Italia Catholicis adscriptus, filia natu-
minima, ea pompa & magnificentia, cui vix
similem se meminit vidisse Vienna.

Tandem etiam in Hungaria reseratae fo-
res pacis, & porta belli tam diuturni quam
cruenti, & Turcis funesti occlosa. Dies fuit
26 Januarii, quo Carlovizii, quod oppidum
est Sirmii in Hungaria inferiore non procul
Petrivaradino, confectum negotium, & pax
ad annos 25 conclusa inter Augustissimum
Imperatorem Romanorum, & Portam Ot-
tomannicam. Die eodem in certas condi-
tiones pacis convenit cum Turcis Respub-
lica Polonorum. Cum Moschis pactæ sunt
induciae ad biennium. Cum Venetis actum
multum, sed conclusum nihil. Victoria,
quam de disjecta classe Mezomorti repor-
tarat mense Septembri anni prioris Delphi-
no Reipublicæ Architalassus, animos addi-
derat

derat Venetis, ut duriores pacis leges proponerent, quam pateretur fastus Barbarorum, cui demum etiam cedendum fuit.

In Ratisbonensibus comitiis diu multumque deliberatum de conciliandis Calendariis Juliano atque Gregoriano, eo tandem eventu, qui duduim haberi potuisset, nisi multis sponte errare libuisset.

Studioius ibidem laboratum, ut reperiatur explicatio art. 4. Pacis Riswicensis, quæ ita satisfaceret Catholicis, ut Acatholici non displiceret, qualem tamen **vix** repetire licebit.

In Gallia denuò coire incipiunt atræ belli nubes fulminibus prægnantes, quæ minari videntur gravem Europæ tempestatem.

ANNUUS 1700.

Romæ acriter agitata controversia de veneratione Confucii Philosophi, Sienensium Legislatoris, defunctorumque parentum, an damnanda ut superstitiosa, an permittenda Neophytis ut cultus merè politicus, qualis pronuntiatus fuit à Sacro officio 1656. sub Alexandro VII. per decretum solenne, cuius declaratione sapienter usi PP. Soc. Iesu. ad Christianæ rei incrementum Sæculo medio non integro ultra sexagesies

annos

cente-

centena hominum millia fidei Orthodoxæ mysteriis initiârunt, plaudentibus bonis omnibus, & tam copiosam infidelium conversionem Societati gratulantibus, dum ante aliquot annos Maigrotius Gallus Doctor Sorbonicus cum potestate Vicarii Apostolici in Provinciam Foquien missus, Ecclesiam Sinensem turbis, Romanam verò sinistris opinionibus implevit.

Ibidem confectus senio vivere desiit mensa Septembri Innocentius XII. conditusque monumento, quod sibi anno elapso etiam vivus & vegetus exstrui curavit cum hac inscriptione Innocentius XII. Pontifex maximus electus D. XII. IUL. MDCXCI. mortuus A. Christi--- Locum defuncti coactus fuit precibus & votis suffragantium occupare cum nomine Clementis XI. Cardinalis Albani anno aetatis 50. nobilis Urbinas ex antiquissima familia Albani- rum, vir numeris omnibus absolutus, in quo vel critici Cardinalium censores nihil desiderârunt præter senium.

Hoc anno mutuis selegationibus hono- rârunt Augustissimus Imperator Leopol- dus, & Mustapha Turcarum Tyrannus ad pactæ pacis securitatem, & ostentandam

gentis

gentis utriusque potentiam. Alegatus à Cæsare fuit Constantinopolim Wolfgangus Comes ab Oettingen, qui ingenti nobilium, & præcipuæ notæ Dynastiarum comitatu stipatus incredibili pompa Barbaris illumit, ad opprobrium Oratoris Turcici Basælbrahimi, qui licet non omnino sordidus, non tamen satis splendidus, nec sine aliqua nota barbaræ rusticitatis Viennæ comparuit. Oblata Cæsari nomine non minus numerosa, quam artificiosa auri argentiique suppellex, quam Sultanus tentorio, Serico, Ambaro, Moscho, Equis, Leopardis, ephippiis, frænis, aliquoque instrumento equino non inconcinnè pro gentis imperitia fabrefacto compensavit.

Dum Europa quiescit defuncta bello Turcico & Gallico, incipit ardere bellis Septentrio,

Rex Daniæ infestis copiis ingreditur Hol-satiam Schlesvicensem, & occupata brevi tempore cum Friderichsburgo & Schlesvico Ducatus parte potiore ipsam Tönningā coronâ cingit, & per aliquot hebdomadas acriter verberat, sed ad volantibus subsidio laboranti Duci Suecis. Hollandis & Lüneburgicis obsidionem solvere, & in pacem

Daniæ

Daniæ non admodum decoram concedere cogitur.

Interea dum Rex Sueciæ distinetur in premendo Dano, Fridericus Augustus Rex Poloniæ invadit Livoniæ, obstantes Suecos iteratis vicibus fundit, fugatque munimentum insigne adsitum ad fauces Dünæ fluvii, quod à suo nomine deinde dixit Augustoburgum, post iterataim impressionem expugnat, & demum Kockenhusium arcem in paucis munitam ad deditioñem cogit; plura haud dubiè tentaturus anno insequenti, si vices non mutet, ut sàpè solet, fortuna belli.

Infelior fuit Polono hujus Auxiliaris magnus Dux Moschoyiæ, qui cum ingenti suorum clade depulsus fuit ab obsidione Narvæ, urbis in Livoniæ finibus fortissimæ, viatoriique Sueco coactus in prædam cedere castra, tormentaque omnia, & præcipuos exercitùs Duces, quos vel ferrum vel captiuitas abstulit.

Tandem 1. Novemb. Die Sanctis omnibus sacro viribus fractus morbis & mortis succubuit Carolus II. Hispaniarum & Indianum Rex Austriacus, præter alias virtutes Regias pietate in Deum, & amore erga subdi-

subditos plane insignis. Unum quod in eo magnæ parti Europæ displicet, est voluntas ejus ultima.

ANNO 1701.

ROMÆ Jubilæum celebratur maximo totius Europæ affluxu numerata sunt exterorum 276000. Controversia palatino Aurelianensis in favorem palatini Neoburgici elisâ Aurelianensis prætensione deciditur.

Per mortem Caroli II. Hispaniarum Regis ejusque testamentum nova belli jacta sunt semina : hinc Hispanias vi testamenti sibi Philippus Andegavensis vendicat inde successionis jure eas prætendit Domus Austria, taver Andegavensi Elector Bavarus Belgii Gubernator, & una nocte in omnes Belgii munitiones Gallicum admittit præsidium Batavico exarmato.

Sabaudiæ Ducem sibi pariter devincit Rex Christianissimus petita Andegavensi in sponsam filia principe Maria Ludovicâ. Mittitur in Italiam Catinatius cum valida armatorum manu qui omuem Italiam adiutum Cæsareis præcludat. Vaudemontius Mediolanensium Gubernator copias Gallicas amicè excipit, & Philippi admittit imperia

peria Dux Mantuanus pariter Gallis aperte favet, & Gallicum in urbem suam Principem inducit præsidium.

Madriti 18 Febr. Regio honore excipitur Andegavensis dictus Philippus V. stante potissimum pro eo Eminentissimo Cardinale Portocarrero Hispaniæ Primate, qui eum ad suscipiendam coronam per testamentum transcriptam cum Primatibus plurimis invitaverat.

Leopoldus jus suum à Philippo Austria-co Maximiliani filio primo regnorum & ditionum Hispaniæ, Austriæ & Burgundiæ hærede, in Carolum V. & Ferdinandum filios successione demum ad se deductum, & Hispaniæ legibus Gallos per renuntiationis juramentum excludentibus confirmatum, Pontifici, Regibus & Principibus manifestat. imploratōque Romani Imperii subdio, Ludovicum Badensem in Imperium, & Eugenium Sabaudum in Italiam cum exercitu alegat. Hic per Tyrolenses incredibili labore æquatos superatōsque montes, præter omnem Gallorum sub Duce Catinatio aditus ubique occludentium opinionem, feliciter periumpens, Roveredum attingit; transmisso subinde Athesi Gallos

K

haud

haud procul Carpo recessibus suis & muni-
mentis ejicit & profligat 9 Julii, 25 ejusdem
Gallorum castris accedit Dux Sabaudiæ iis-
dem supremo cum imperio præfuturus. Ca-
tinatio succedit Villerojus, qui castra Euge-
nii ad oppidum Chiari 1 Sept. magno im-
petu aggressus, cum non exigua clade reji-
citur. Declinante in Decembrem anno
Eugenius deditione capit Mirandolam, Ber-
sellum, &c. militique hyberna in Ducatu
Mutinensi & Parmensi assignat.

Pessima in Hungaria Ragozii contra Cæ-
sarem totamque ejus familiam conspiratio
in semine detegitur, captiique per Comitem
Solarium Ragozius, Syrmarius & Vayus 29
Maji Neostadii elapso Peretschino detinen-
tur. Ragozius sub finem Octobris Leh-
manni Centurionis ope elapsus, rebellium
deinceps antesignanus fuit Lehmannus per-
fidiam hanc capite luit.

Recens Viennæ natus Leopoldus Jose-
phus 4 Aug. est denat⁹. Luctum de ejus mor-
te mitigavit nonnihil nata 22 Oct. Josepho
filia Maria Amalia.

Parisiis 13 Febr. sacris undis abluitur fili⁹
Regis Mogol. 9 Jun. Dux Aurelianensis
Regis frater moritur, Ibidem 16 Sept. pro
fide

fide exul regno in patriam cœlestem abit Jacobus II. Rex Angliæ : cuius filium Jacobum Walliæ Ducem legitimum successorem regni Ludovicus XIV. Rex declarat, fremente Angliâ.

Batavi 22 Febr. Philippum V. Regem salutant, bellum mox eidem denuntiatur ubi detentas iniquè copias suas receperint.

Carolus Rex Sueciæ Polonos & Moscōs variis in Livonia & Polonia cladibus premit.

18 Jan. Elector Brandenburgicus Frideric⁹ Monte-Regio solenni ritu in Regem Porussiæ, Vandaliæ, Cassubiaæ, &c. inungitur, annuente Imperatore.

6 Apr. Elector Bavarus relicta Belgii administratione venit Monachium.

22 Nov. miles Gallicus sub nomine Burgundico Leodium, Bonnam, Rhenobercam aliaque loca occupat.

Regi Daniæ 23 Oct. natus est Princeps filius Fridericus Carolus.

ANNUS 1702.

SAnctissimus 12 Jul. Tournonium Archiepiscopum Anticchenum in Sinasablegat, ut de ritibus Sinicis si non statuat, saltem referat.

Eugenius 10 Febr. Cremonam per occul-
tum urbis meatum subintrat; sed Gallorum
viribus cedens, captivos educit 400 grega-
rios, 80 tribunos, & cum 500 equis, &
equestribus signis ipsum Mareschallum Vil-
lero jum, Oenipontum postea inde Gretziū
Styriæ traductum.

In Anglia Rex Wilhelmus 19 Mart. fato
cedit, anno ætatis 62. Princeps prudentia,
& arte militari inclytus. Succedit Anna
Jacobi Regis filia, Georgio Daniæ Principi
nupta, coronaturque 4 Maii. Ab hac devol-
vendam deinceps coronâ statuit Parlamen-
tum ad Sophiam, Ernesti Augusti Hanno-
verani viduam, Friderici Palatini & Elisa-
bethæ ex Jacobo I. Angliæ Rege natam fi-
liam, ejusque descendentes.

Philippus V. cum exeunte anno præte-
rito Barcinone sponsam suam excepisset, in-
de Neapolim solvit homagium exacturus.
Neapoli 18 Jun. ad castra Mediolano prius
salutato abiit, attingitque 3 Jul. unum quod
hic egit illustre est quod transmisso Pado cū
flore exercitus, Vendomio qui tum castris
præerat comitante Viscontum ad fanum S.
Victoriæ cum tribus Cæsareis legionibus,
consistentem improviso aggressus fuderit,

strage

obu. I

strage tamen pene æquali. Quodque Lutzaram intercepta inspectante Eugenio , qui tamen aliquot ante diebus insignem Gallis plagam inflixisset, nisi cursum victoriæ nox abruptisset , cuius beneficio castra sua munivere Galli. Eugenius in loco prælii perstigit, Vulnus Cæsareis maximum fuit Commercyum Principe in hoc prælio perdidisse.

Ulyssipone Rex in fœdus cum Cæsare propendet & exercitum 24000 conscribit.

Leopoldus Cæsar ob præreptam sibi non solum Monarchiam Hispamicam, sed etiam Ducatus Mediolanensem Mantuanumque Imperii Rom. feuda Caroli II. morte devoluta , ob oppressos milite Coloniensem & Leodiensem Episcopatus , ob usurpatum à Philippo Comitatûs Habsburgensis & Tyrolensis titulum , solis competentem Austriacis, Ludovicum XIV. & Philippum Andegavensem suum & Imperii Rom. hostem dicit, pactoque cum Anglis & Batavis , aliquique Imperii Principibus fædere bellum 15 Maji , eodem quo in Anglia die eis indicit, econtra 8 Jun. contra Cæsarem , Anglos & Batavos bellum Madriti & 7 Julii Parisiis publicatur.

Ludovicus Badensis collecto Imperiali exercitu Landavium cingit 6 Jun. 25 Julii Josephus Rex Rom. cum Regina Heidelbergam venit, inde ad castra Landavium obsidionemque ita urget ut obsessi deditio-
nem facerent 8 Sept.

Bavarus Ulmam & Memmingam per stratagema intercepit.

Batavorum exercitus 30000 subDucibus Tyllio & Athlonio abit in Geldriam, & o-
perâ Cohornii Venlohniam, Ruremundani,
Leodium occupat. Secutus eos pari fere
cum exercitu Dux Burgundiæ cum Bouffle-
rio Noviomagum per stratagema propè in-
tercepisset, ubi verò detecto jam dolo im-
pressionem urget audacius recipere pedem
cogitum relictis 3000 mortuis, 2000 sau-
ciis.

Anglo Batava 80 navium bellicarum clas-
sis Gades frustra tentat exulceratis insolenti
templorum expilatione incolarum Catho-
licorum animis. Gallicam tamen in portu
Vigos simul & argenteam Hispanorum clas-
sem 30 millionibus divitem 30 Nov. incen-
dit & diripit.

In cruenta Augustum inter & Suecum
pugna committitur. Victoria plena à Suecis
fuit,

fuit, stetit tamen vita Ducis Holsatiæ primi
à Rege Sueciæ Generalis.

A N N U S 1703.

INgens terræ motus Romandiolæ & Ro-
mæ horrendam urbium 86. hominumque
15000 edidit ruinam.

Sabaudum Cæsareas reperentem partes
Gallus invadit, Ducisque legiones suis sub
signis haec tenus militantes Rex exarmat, ca-
ptivosque detinet : cui Stahrenbergus cæ-
so Albergotto cum 16000 succurrit.

In Hispania publico decreto Domus Au-
striaca & Sabauda à successione Monarchiæ
Hispanicæ excluditur. Andegavensis Du-
catum Mutinensem Fisco subjicit, quod
Dux ejusdem faveret Austriacis.

Ulyssipone fœdus Cæsareo, Anglo, Lu-
sitano, Batavicum cuditur in favorem Ca-
roli Austriaci. Vicissim bellum Lusitanis
Madriti denuntiatur. Classis fœderata Ma-
joram, Minorcam & Sardiniam ditione
accipit.

Viennæ in Franciscum Ragotzium bo-
norum confiscatio & capitis sententia pub-
licatur, qui cum Perezinio collecta rebelliū
manu crudelius turbat Hungariam, auctus
subinde Gallorum stipendiis crescit & in

Moraviam totamq; Hungariam Presburgū usque in humana crudelitate effunditur.

Maria Josepha Archiducissa Austriæ 9 Apr. faro cedit.

Bavarus Neoburgum , & Gallus manūmentum Kehl occupant. econtra Rheinobercka 16 Jan. cedit Brandenburgicis & Bonna 14 Apr. Anglo Batavis sexto oppugnationis die tum tormentorum multitudine, tum Cohornii dexteritate, Galli interea Leodio frustra tentato Tongrim occupant.

Cæfareus exercitus Bavariam invadit, Bavarus econtra data legatis Imperii securitate Ratisbonam deditioне capit. Villarius suorum 5000 cæde à Cæsarianorum linea Stolhovii rejectus, occupata Hornberga, Hirciniam pertrumpens sylvam, cum exercitu 30000 ad Bavarum tendit, qui Elector intercepto Kufsteinio Tyrolensem ultra Oenipontum invadit comitatum, spem occludendi Cæfareis in Italiam transitum, tum cum Gallis in Italia se conjungendi, sed rusticorum vigilantia & egregia fortitudine cum ingenti suorum clade miserè eliminatur. Vendomi quoque ex altera Italia parte intercepto Vercello Tyrolim ultra Tridentum ingressus rejicitur , abitque feliciorem in Sabaudia tenta-

tentaturus aleam. Melius res cessit Electori Bavarо in Bavaria, ubi Comitem de Stiruиb inopinato aggressus fudit præterque cæsos cum impedimentis captivos insuper multos retulit.

In Alsatia Brisacum urbs natura & arte munitissima octiduanâ oppugnatione in Gallorum abit potestatem non sine proditio-
nис suspicione.

Proxiūr è Antwerpiam cæsus fuisset à Boufflerio numero longè superiore exercitus Batavicus, Obdamio non satis circum-
specto nec generoso; nisi Germanum re-
perissent Galli militem, & Schlangenbur-
gum Ducem, quorum virtute rejectus est Boufflerius cum jactura 5000. Hujum &
Limburgum deinde cedunt Fæderato mi-
liti.

12. Sept. suum in Hispanias jus Leopol-
dus transfert in Carolum filium secundo ge-
nitum, qua declaratione facta, Carolus iter
in Lusitaniam auspicatur 10 ejusdem.

Germani Landavio obsezzo dum parant
succurrere, aguntque inter epulas securius
die D. Leopoldo sacro ad amnem Spirensē
turpi multantur clade, quam tamen vitâ
sua emit Praeconzalius. Ur de Landaviuni

victoribus Gallis submittere sese cogitur ,
iisdem quo anno superiore Josepho se dedi-
derat conditionibus.

Ingens in Anglia, Hollandia, Brabantia,
Gallia, Suecia, Germania tempestas irrepa-
rabile terrâ marique damnum intulit 8 De-
cembr.

14 Decembr. Augustam Vindelicorum
Bavaricus miles occupat.

Geldriam urbem, quam annum fere in-
tegrum circucessam tenuerant Brandebur-
gici anno hoc exente, tandem ditione
capiunt.

Sueci in Livonia magnam Moscis cladem
inferunt, at recipiunt vicissim ipsi non exi-
guam ad Narvam urbem. Propudiosa hoc
anno Polonis fertur à Sueco pax proposita,
vicujus Rex postulat 1. sibi, Regi Porussiæ
& hæreticis omnibus liberum in Polonia
sectæ suæ exercitium, vocemque tum acti-
vam, tum passivam in Comitiis. 2. Insu-
per Regem Porussiæ ut agnoscant. 3. Præ-
tensionibus suis plenè satisfaciant. 4. Et
denique regnum Augusto Regi hæredita-
tum transcribant. Quæcum rejecta esset
ab Augusto & Polonis , victoria Sueci per
totum regnum arma circumferunt Thoru-
nium,

nium, Mariopolim, Elbingam subjugant, deletis insuper 7 à Varsavia milliaribus magna clade Saxonibus.

ANNUUS 1704.

Errariensis ditio à Pontifice Gallis simul & Germanis sive serio, sive dolo Gallico interdicta. Excedentibus Germanis Galli in eorū nidū involant, magno Cæsareanorū detrimento, cæterum anceps in Italia fuit belli aiei, jam in hanc jam alteram partem inclinante victoriâ. A Cæsareis ad montem Chiari Gallorum equitum 1600, Pyrobolariorum 1000, cincti & ad unum omnes prope interfecti sunt. In Pedemontio quoque respirare non semel visus est Sabaudus Germanorum ope, Gallis per velitationes varias fusis, fugatisque. A Gallis econtra Ievoribus in conflictibus non semel quoque triumphatum, capta Susa, & Vercellum. Obiit è febri calida junior Vaudemontius maximæ exspectationis Princeps, parente suo hoc felicior, quod & in fide Cæsaris, & viatoriarum cursu obierit.

In Germania ubiores Cæsari & Fœderatis crevère Laureæ. Primam dedit mons Schellenberg sed non sine sanguine, eum probe circumvallatum à Bavaris, aggressi

Badensis & Marleburgus (qui simulatâ pri-
us ad Mosellam viâ Cæsareis sese junxerat
cum florentissimo 30000 exercitu) post cre-
bros demum assultus expugnârunt, cæsis
8000 Bavaris. Victoriæ appendix fuit Do-
naverta, Neoburgum, Dilinga, omnisque
pene Bavaria sub jugum missa. Alteram,
cāmque ab hominum memoria inauditam
incomparabilis Eugenii & Marleburgi for-
titudo peperit die 13 Aug. quando interne-
cione ab iisdem cæsi Gallo-Bavaril, castrisq;
exuti sunt. Occubuere in loco prælii Gal-
lorum & Bavarorum 14000, submersi
4000, capti 12000, cum supremo exercitus
Gallici Duce Tallardo, & Officialibus pri-
mæ notæ plurimis. Fusus ita Bavarus cum
Marsinio & exercitu reliquo Ulmam &
Memmingam, inde Herciniam versus Ar-
gentoratum in Alsatiā profugit, relictâ
cum omni apparatu comeatūque Augustā
Vindelicorum, Lauinga, Memminga, &
Braunavia Ulma quoque cum Passavio,
Kuffsteinio, Ingolstadio, Ratisbona, & omni
passim Bavariâ ante anni finem in Cæsaris
potestatem venit. Sequens fugientem victor
exercitus Landavium obsidet & capit 23
Nov. præsente & urgente operas Josepho
Rom. Rege. Ulti-

Ultima anni hujus expeditio in Germania Trarbacum fuit ab Hasso-Cassellano subjugatum. 18 Dec. Heisterus in Hungaria rebelles delet, cæsis 5000, captis 300.

Interea bonis avibus viam suam in Lusitaniam prosequens Carolus III. Hispaniarum Rex in Hollandiam & Angliam perevit. Ubi Regio apparatu exceptus à Regina, suavi sua comitate omnium animos sibi devincivit. Inde 16 Januar. cum classe Anglo-Batavica sub Archithalasso de Rœock in Lusitaniam vela fecit, appulitque. Ulyssipone 9 Martii magnificè à Rege salutatus. Sed ut solent misceri lætis tristia, sponsam reperit 9 Febr. jam fato functam.

Philippus bellum Lusitanæ primus infert, variisque ejusdem urbes diripit. Hi contra cæso Ronguillo Castiliam usq; progrediuntur fusis 5000 Gallo-Hispanis, & in ea urbes intercipiunt. Barcinonem tamen Darmstadiensis irrito dolo tentat. 4 Aug. Gibraltara arx fretum gadetanum à mediterraneo angusto sinu dividens ignivomo Marte expugnatur. Irrito anno sequente conatu à gallo-Hispanis tentatum de victa classe gallica. A classe Anglo-Batavica. In conspectu Malagæ ancipiti prælio cum gallo configit classis Anglicæ. K 7 In gal-

In Galliis bellum gliscit intestinum, de-
poscentibus religionis libertatem armata
manu heterodoxis. Sopitum id quidem
non semel multatis gravi suppicio variis
rebellium capitibus, sed resuscitatum sem-
per ab Anglo-Batavis, necusque plenè re-
stinctum.

Ducissa Burgundiæ hoc anno Ducem Bri-
tanniæ marito peperit maximo totius aulæ
jubilo.

In Livonia Schlippenbachius à Mosco
cladem accipit, qui postremus Dorpium
quidem deditione, Narvam verò armatâ
manu capit.

Confœderati Poloni à fide Regis Augu-
sti se absolventes, eo deposito Stanislaum
Lecinskium in thronum evehunt urgente
Suecorum Rege, reclamantibus Polonis plu-
rimis cum ipso Cardinali primate.

19 Aug. Felices cum Suecis congre-
duntur Saxones campumque victores retinent,
sub initium verò Nov. infelices: interim Au-
gustus Rex cum magno Moscorū Duce fœ-
dus off- & defensivum iniit.

Cardinalis Guillelmus Fürstenbergius
Episcopus Argentinensis Parisis moritur.

AN-

Fatalis hic annus fuit Domui Austriacæ
morte Leopoldi Cæsaris, qui hydrope &
viribus exhaustus obiit 3. Maji ætatis anno
65. imperii 47. Imperator verè magnus &
Turcarum Gallorūmque terror. Princeps
pietate prudentia virtute nulli secundus.
Successit ei filius Josephus I anno 1690. Au-
gustæ vindelicorum electus, & coronatus
Romanorum Rex.

Jansenismus à Clemente XI. nova per-
stringitur censura, innovatis & extensis per
declarationem Pontificiam Bullis Innocen-
tii X. & Alexandri VII. In Italia res Sabau-
di non nihil in deterius abiēre. Vendomius
Veruam post cruentam 6. mensium oppu-
gnationem 7 April fame ad deditioñem co-
git diffatis primum per cuniculos ab obſeſ-
ſo milite munitiſtis. Eandem ſubiēre for-
tunam Villafranca, Mirandula & Chivas.
Ipsique jam Taurino imminebat, ni laboran-
ti ſuccurrifſet Eugenius, qui Vendomium
haud procul Caſſano aggressus ad & in Ad-
duam propulsavit. Non potuit tamen pe-
nitus loco pellere, ob crebram canaliuni
transvadationem, qua madefactus Cæſareo
militi pulvis pyrius ſtitit victoriam, cladem
utrim-

YB

utrumque parem fuisse dicunt alii, alii à Gallis cecidisse memorant 6000. & Cæsareis 2000. quos inter comes de Leiningen & Josephus Lotharingiæ Princeps exspectationis maximæ. Montmellianum quoque post arctam biennii obsidionem fame tandem coactum Gallis se tradidit 16. Dec. arx alias in expugnabilis.

Mitior quoque hic annus fuit Bavarо, qui primum quidem in Bavaria conſpirationem texuit, sed mox detectam non absolvit, dein Huyum cepit, Leodium tentavit, Marleburgo ad Mosellam irruptionem in Gallias meditante : qui tamen seu comeatus defectu, seu quod Badensis adveniret tardius in Brabantiam viam relegit, hostes recipere mox pedem cogit, quin & fossiles Gallorum ad Heidelheimium lineas superat 18. Jul, versis in fugam Gallis, captis Alegro & Hornio cum 80. tribunis 3000. gregariis, simulque 10. triplicium tuborum, tormentis tres una ejaculatione globos librantibus, ultiores ejus progressus stitit Dillæ exundantia ultraquem probe communiti confedere Galli. Sparius quoque hostiles Gandavum inter & Brugas Gallorum lineas 3. Aug. superavit, ejecit & Gallos lineis suis
ad Mo-

- aqua -

ad Moderum Badensis 24 Sept. & Drusenheimium occupavit. Cinctam à Cæsareis Hagenojam Galli clam noctis beneficio deseruere. Marleburgus hoc anno in meitorum suorum præmium ab Imperatore & Imperio Mündelheimium retulit Dominiū in Sueviæ circulo principatibus deinceps annumerandum.

Ungariæ Rebelles à Leopoldi morte insolentiores, non semel à Cæsareo milite repressi sunt. Insignem tum maximè Ragozius cladem accepit ab Herbevillio, cum palmas eidem pararet transsylvania, fusus enim dispersusque est ejus exercitus è 45000. conflatus, capto Marchione Belgardo legato Gallico.

Carolus Austriacus classe Anglo Batavica venit in Catalauniam exscendentem ovantes excipiunt incolæ. Subin Barcinone à 20 Sept. tormentis flagellata, 14. Oct. ditione capitur, caro empta quia principe Georgio Darmstadiensi ante hanc Catalaunia Prorege nunc fidelissimo Caroli Duce. Metropolim omnes ferme Provinciæ & Urbes sunt subsecutæ.

Lusitanus & Gllowai Anglus Salva-terram, Valenciam, Albuquer quam aliásque Hispa-

Hispanis urbes auferunt, Badajos obsident, Saragossa favet Carolo ; utrique non tam
men sine periculo succurrit Teseus. 31 Dec.
moritur Ulyssipone Regna Angliæ vidua,

Viennæ Josephus Imperator Mechanicarum attium instituit Academiam, Architecturæ scilicet, pictoriæ, statuariæ, calcographiæ, pigrotechnicæ, aliarumque Mathematicarum facultatum.

Conceptum anno superiore in Galliis
gaudium de ortu Ducis Britanniæ 15. Apr.
cum vita dicti Principis extinguitur.

Novus Poloniæ Rex Stanislaus 4. Oct.
inhibente licet pontifice coronatur ab Episcopo Leimbergensi, quod proprium alias
Archiepiscopo Gnesnensi regni primati,
qui aut ex papæ interdicto, aut tædio vel indignatione aut ex morbo abstinenus, paulò
post Dantisci ex paralysi obiit, Augusto
semper æmulus, unde tota regni ruina.

Suecicus Generalis de Löwenhaupt Mo-
scos tribus à Mitavia milliaribns profligat.

ANNO 1706.

ROMÆ Clemens XI. 17 Maji 19 promoto
vit ad purpuram : eorum unus Philip-
pus de Macerrata humilitatem galero præ-
habuit, magnus quia meruit, major quia re-
cusa-

cusavit initia anni hujus Gallis fuere prospera, finis fatalis. Augusto Regi initium vulnus non unum dedit, finis etiam coronam abstulit.

Nizam à 18 Nov. tormentis verberatam 6 Jan. intercipiunt Galli: in pedemontio munitiones omnes diruuntur à Gallis, susâ excepta. Vendomius Cæsareos in campo præveniens, eorum 12000, quibus Reventlauus imperabat Eugenio nondum præsente collectis 23000 adoritur, captisque 6 tormentis in fugam conjicit, desiderati è Germanistum læsi tum cœsi 2500 sed adfuit mox Eugenius; qui levioribus primum præliis ultus injuriam, confirmatus deinde copiis Hasso Lunæburgicis frustra obstante Vendomio 7 Jul. Athesin padumque transit, Augustæ Taurinorum à Fevillado 35 armatorum millibus 120 tormentis & 45 mortariis à 3 Jun. quassatæ suppetias Laturus. Urbem defendebat Daunius Generalis Cæsareus, sufficiente alium ex alio militem Duce Sabaudiæ, qui cum 18000 montem Capucinorum inter fluente pado insidebat. Quem Fevilladus urbem arctius ut includeret, Mondovium & Astium intercipiendo coegit retrocedere. Eugenius igitur Au-

relia-

relianensem, qui eum à latere observabat
celeritate prævenit. Dum hi viam in Sa-
baudiam uterque accelerant, relicitus ad sar-
cinas Hasso Cassellanus cum Medavio viri-
bus duplo superiore colliditur fugaturque
amissis mille suorum. Interea Eugenius cum
Duce Sabaudiæ jungitur 28 Aug. cum jam
arx Taurinorum 5 Aug. à Gallis fuisset oc-
cupata, & ingentem annonæ belliique appa-
ratum ad castra Gallica properantem inter-
cipit. Jungitur & Fevillado Aurelianen-
sis & agonizantem jam prope urbem pre-
munt accerrimè. 7 Sept. erat, quando Eu-
genius castra Galloruim bene, munita inva-
sit eâ fortitudine, ut superatis tandem mu-
nimentis hostes fusi confusiique pars gladio
caderent, pars victorum clementiam exora-
rent, tormenta impedimentaque omnia in
victoris venirent potestatem. Occubuere
in loco præter Marsinium Mareschallum
12000, vulneratus Aurelianensis, capti 300
Officiales, 6000 gregarii, 2000 & ultra ad
Cæsareos transfugere, reliqui Pignerolam
& in Delphinatum se receperunt. Germani
in cæsis & sauciis computarunt 3247.

Fusis ita Gallis Chivas, Lodium, Comum,
Pavia, Verua, Jvrea, Mortara, Novara, Valen-
za, Su-

za, Susa, Vercellum, Sōcinum, Alexandria, Astum, Casalium, Mediolanum, Pizigtona, Mutin, Guaftalla, &c. victoribus claves ob-
tulere : Cremona interclusa, Eugenius Gu-
bertator Mediolanensis dictus. Arcem tam-
men Mediolanensem Marchio de Florida
pertinacius tuebatur.

Philipus Andegavensis missa Herda &
Egyrone 4 Apr. Barcinonem terra marique
cingit, vicissētque, capto jam Monte Jovis,
nisi Rex Carolus præsentia suâ cives juxta-
ac milites animasset. Agonizabat jam pro-
pè cum evocata à Carolo adfuit classis An-
glica sub Thalasso de Laack 8 Maji, ingenti
urbis jubilo. De cuius adventu erudita
classis Gallica cum Philippo pridie Remis
velisque totis aufugerat. Tasseus quoque
12. Maji terrestrem obsidionem noctu solvit
fugitque relictis 106 tormentis æneis, 25
mortariis, omnibus impedimentis, & ingen-
ti apparatu bellico 4 millionibus aestimato.
Exercitus profugus ab indigenis miserè car-
pitur. Eodem die quo Eclypsis hæc Phi-
lippica & Eclypsis solis fuit, qualis à multo
tempore non est visa.

Cum hæc aguntur in Catalaunia Gallo,
Way Anglus cum exercitu Lusitano Casti-
liam

liam invadit. Fusque Berwicko omnes
passim urbes placentia, Salamanca, &c. Ca-
rolum admittunt Regem. Inde Madritum
contendit, unde Philippus quia viribus
impar fugiebat in Gallias, ibique Carolum
Regem proclamat, qui eo 23 contendit. A-
biisset tunc regnum omne ad Carolum, si
subsidiū Anglo - Batavicū Schovelii
classe deferendum in tempore adfuisset.
Quod cum irrito exspectaret exercitus ad
Henes fluvium considens, Philippus ex
altera fluminis parte copiis confirmat⁹, Al-
calam & Madritum in suam recipit pote-
statē obsecutæ sunt etiam Philippo Cartha-
gena, Salamanca, Alcantara, &c. Valentia
& Arragonia Carolum recipiunt. Inde Bar-
cinonem repetit.

Rex Lusitaniæ Petrus 9 Dec. diem obit.
Succedit ei Joannes filius annorum 17 co-
ronatusque i Jan. anni sequentis fœdus Cæ-
sareo Anglo - Lusitano - Batavicū confir-
mat.

In superiori Germania Villarius collecto
250000 exercitu Ludoicium à Badensi cir-
cumfessum liberat referentibus pedem Cæ-
sareis, Hagenojam armamentum Cæsarea-
norum occupat, Palatinatum inferiorem e-
muniq. mungit.

mungit, jámque Landavio minabatur, sed
minas disjecit clades Gallorum in Brabætia.

Mulctavit ea Marleburgus Villerojum,
& Bavarum die 23 Maji (in quam Pentecoste
incidebat) ad oppidum Judoigne. Cæsa
fuerunt hoc in prælio Gallorum 3000, alii
6000 dicunt. Capta 5000 gregariorum,
600 Officiales, tormenta 50, & omnis belli
apparatus, fugitivorum tantus fuit nume-
rus, ut è 60000 vix 30000 superessent. Mox
claves Marleburgo obtulere Lovanium,
Bruxellæ, Mechlinia, Antwerpia, Ganda-
yum, &c. homagiūmque tota Carolo præ-
stítit Brabantia. Insuper 6 Julii Ostenda.
Mena 22 Aug. Denderemunda 6 Septemb.
Athum 2 Oct, expugnatæ sunt.

Maximilianus Emmanuel Dux Bavariæ,
& Josephus Clemens Archiepiscopus Co-
loniensis fratres, Viennæ, & per Imperium
Rom. consentiente Imperio 29 Apr. publi-
cè Imperii Rom, hostes banno innodati &
proscripti sunt : & Maximiliano quidem
igni & aqua interdictum.

Rebelles Ungari in Styriam irrumpentes
Hannibalem Heisteri filium fundunt & ca-
piunt.

In Polonia Rheinschildus Suecus ad op-
pidum

pidum Fraustadt Schulenburgum Saxonem
13 Febr. ad internectionem cædit, captis tor-
mentis 32, vexillis 47, & impedimentis om-
nibus, cæsis, vulneratisque ultra 15000. Fri-
dericus Augustus Saxonæ suæ metuens è
quolibet sui Ducatus oppido unum cogit
militem, itaque exercitum 18000 instaurat.
Degente in Polonia Augusto, Carolus XII.
Rex Sueciæ cum Stanislao Saxoniam inun-
dat, & emungit. Conveniunt in iniquam
pacem Ministri Augusti cum Sueco Lipsiæ.
De qua dum agitur, Mardefeldus ab Augu-
sto 29 Octob. ad oppidum Kalisch cæditur,
capitürque cum tormentis & impedimentis.
Subscribitur nihilominus à Ministris Augu-
sti injuriosæ paci; vi cuius Fridericus Au-
gustus sœderi cum Mosco renuntiare, & re-
gnum suum in Stanislaum transferre cogi-
tur, solo Regis nomine retento. Hic à Mi-
nistris suis delusus, Dresdam venit 15 Dec.
at serius erat quam ut reclamare posset paci
initæ. Ministros tamen dat in custodiam,
cum Carolo verò amica miscet colloquia.
Moschus pro tuenda Polonorum libertate
ingentem Lithuaniae & Poloniæ infundit
exercitum.

AN-

ANNUS 1707.

Clemens Pontifex pro impetranda Europæ pace Jubilæum describit.

Cæsar Sabaudiæ Duci Victori Amedæo præter Montis Ferrariensis investituram civitates etiam Valenciam, Alexandriam, & Lomelinum cum suis dependentis, confert. Arcem quoque Mutinæ 10 Febr. recuperatam, Duci reddit.

Galli ne copias adhuc per Italiam dispersas omnes simul amitterent, totâ Italâ cedere maluerunt. Pactis itaque induciis, Galli Cremona, Mediolano, Sabionetta, Mirandula, Finali, & Mantuano Ducatu abeentes, transmisso Casalii Pado, Susam sub Medayo contendunt numero 12000, sed fugâ plurimorum valde diminuti. Eugenius interim Florentinos & Genuenses ad militares collectas cogit. Subin Nissâ & Villafrancâ abeunt Galli. Eugenius Telone Martio frustra tentato, Susam urbem 19 Sept. arcem 4 Oct. capit.

Properabat interea Neapolim Wiric' Dau- nius cū 12000, Româ trepidante. Præmissus cum parte copiarum Marchio de Vaubonne

L

Capu-

Capuam occupat, inde Aversam contendit exercitus: hic ab effusis maximo numero Neapolitanis claves Neapolitanæ offeruntur Daunio. Eo destinatus cum 600 equitibus supremus equitum Magister patè effusā omnium exceptus est lætitiam. Subsecutus 7 Jul. exercitus, validissima urbis propugnacula ad ultroneam attraxit ditionem, Pro Rege Gaëtam profugo; quam 30 Sept. armatā manu occupat Daunius, capitque Proregem cum 3000 Præsidariis: ipse non multò, post Comiti de Martiniz Proregi surrogatur.

Res Caroli in Hispania hic annus admodum afflixit: Gallowaius enim Berwicum 25 Aprilis aggressus apud Almanzam, interneccione cæsus est Lusitanorum culpâ. Cecidere è Carolinis 6000, capta 7000, quos inter 800 Officiales, signa & vexilla 120. Gallorum etiam 2000, alii verius 5000 cæsa fuisse affirmant. Tota deinde Artagonia, & Valencia ad Philippi jugum est reducta. Gallowaius in Catalonia fugiens Tortosæ consideret, finitimásq; urbes validiore firmat præsidio. Deniā bistenitâ Aufelianensis coactus est recedere.

25 Aug. Regina Philippi conjunx prole in ascu-

masculam feliciter enititur, vocátque à pro-
avo & Parente Ludoicum Philippum Astu-
riæ Principem, magno Hispaniæ jubilo.

Ilerdam urbem post difficilem totius
mensis obsidionem armatâ manu Aurelia-
nensis subjugat 9 Oct. arcem ditione 11.
Novemb.

Annum hunc vix ingressus Ludovicus
Badensis 4 Januar. ultimum vitæ diem, &
ætatis 52 claudit. Princeps militari pruden-
tiæ, & felicitate celeberrimus. Succedit ei
recusante Eugenio, post brevem Bareithii
administrationem, Georgius Ludoicus Elec-
tor Hannoveranus, qui priusquam adve-
niret Villarius lineas Stolhofenses transges-
sus, in Sueviam, Franconiam, Ducatum
Würtenbergensem, Badensem, Durlacen-
censem, Darmstadiensem, inferiorem Pa-
latinatum, Francofurtum & Moguntiam usq;
se rapidè effundit, ingentemque vim pecu-
niæ corradit. Dilabente ubique Imperiali
exercitu nifmis infirmo, Suevicus Generalis
Janus cum 2300 in Gallorum manus inci-
dit & capitur cum variis officialibus. Ad-
fuit interea Elector Hannoveranus 15 Sept.
cum legionibus tum suis tum Luneburgicis
& Brandenburgicis, & supremum exercitus

suscepit imperium. Expeditus ab eo Genera-
lis Mercyus Generalem de Vivant opprimit
cæsis 800 captis 150 præter equos 1300.

Elisabetha Christina Ducissa Brunswi-
censi, Caroli III. Regis Sponsa 19. Apr. wolt-
fenbuto Bambergam à comite de Paar de-
ducta, ejurato ibidem Lutheranimo, pro-
fecta Viennam, advenit 14 Maii. Octobr.
vero 10 renunciatur Regina Caroli Sponsa.

In Ungaria hoc anno Stahrenbergo com-
missus fuit exercit⁹, qui & leviora non semel
rebellibus infixit vulnera. 600 equites fun-
dunt rebellium 3000, cædunt 1000, capiunt
315. Ragotzius Transylvaniae Princeps ab
incolis dicitur. Et Hermaño-polim obficio-
ne premit, at rejicitur ab ea per Colonellum
de Tiege, cæsis 2000 Rebellenbus. Comes
quoque de Rabutin non semel insigni eos
plaga afficit, Rasciani Carolum haud pro-
cul Keskemet egregiè fundunt.

In Silezia Rex Sueciæ turbas Cæsari mo-
vet, qui cedendum tempori ratus, postula-
tis ejus condescendit, & ablatas heterodoxis
à pace Monasteriensi Ecclesiæ jubet restitui.

In Belgio Elector Coloniensis in Archi-
Episcopum consecratur Insulis 1. Maii. Ex-
ercitus uterque in accesso adeo loco consi-
debat,

debat, ut neuter alteri prælii copiam faceret. Decrescente demum Gallico, Marleburgus castris clam Gennapium directis, Vendomium ad pugnam cogere parabat, at hic præcipiti prælium declinans rugâ, Cambroni castra figit. Ea in fuga 6000 desiderata sunt, potissimum partem transfugæ; atque ita irrita fuit anni hujus expeditio.

ANNO 1708.

Pontificem inter & Imperatorem, quæ sub cineribus gliscebant dissidia, in aper-
tum hoc anno eruperunt belli incendium: sed restinctum est brevi per amicam utrius-
que partis compositionem.

Iniqua & hoc anno gallis cecidit Belli
alea in Sabaudia: cæsi namque non se-
mel Sabaudiâ omni expulsi sunt, Subactum
insuper Exilium janua in Delfinatum: Aug.
subin perousa, vallis S. Martini Fenestrella,

In Hispania Aurelianensis 9 Iulii Torto-
sam ditione capit. Frustra deinde à Stah-
renbergo tentatam, Lima interfecto cum
suis Prorege gallico Carolum proclamat.
Regina Caroli Sponsa 19 Jul. Barcinonem
advehitur, & à Rege salutata quarto post
die Barcinone in Ecclesia Principe solenni
pompâ matrimonio jungitur 28 Sept.

L 3

Urbem

bem porto Mahone expugnat classis Anglica sub Archithalasso Laackio, atque ita Minorcam Carolino adjecit imperio Comes D. Asfeldt urbem Denia primo impetu armata manu expugnat, arcem tamen in quam praesidium Carolinum se receperat, non ante 17. Nov. Sardinia Comiti de Cifuentes sese tradit, Prorege in Corsicam fugiente.

Ulyssiponem 16 oct. salva advenit & incolumis Regina Sponsa, Maria Anna Regina Josepha, Imperatoris Leopoldi filia, Josephi Soror, annos nata 25. festivoque tormentorum applausu, & urbis jubilo salutatur. Sub idem ferme tempus intacta portum subiit classis Brasila plurima auro dives.

Viennæ 31 Jun. Dux Mantuanus solenni impesi banno subjicitur.

Moraviam rebelles inundant omniaque prædationibus & latrociniis devastant. Heisterus Comitem Berezedi nil minus opinantem opprimit, magnamque ei cum conjugé prædam aufert. Non procul Trenschinio fusi ab eodem penitus rebelles 6000, suorum cum tormentis 14 amisere, capti 400. Dein 24 Aug. Neutra ad obsequium Cæsaris revocatur. Oskaius cum suis clementiam Cæsaris implorat & impetrat.

In Germania superiore nihil admodum contigit memoratu dignum, translatâ in Belgum bellum fide, plurimoque milite,

Ferti-

Fertilius fuit laurearum Belgum: digressus in Scotiam cum classe Gallica Princeps Wallius, re infecta ab Architalasso de Bings Dünckerkam sibi recipere cogitum, non sine periculo totius classis amittendae. Cogitum interim utrumque exercitus in Belgio, cui & Cæsarei cum Eugenio Duce 30000 influebant. Galli Gandavum, & Brugas 6 Julii astutamente capiunt. Ad Audenardam vero cum pervenissent, cedere didicerunt virtuti Eugenii, & Maileburgi, classis 3000, captis 7 ad 8000, cum labatis, vexillisque plurimis. Inde lineas Gallorum penetrant Fœderati, easque solo æquant.

Vicissim Galli lineas Isendicenses transcendunt, & contributiones latè exigunt.

Artesia Fœderatis 500000 contribuit, Atrebatum 18000 libras Gallicas.

Insulas fœderati adoruntur 12 Aug. occupantq; urbem 23 Oct. arcem 8 Sept. præsentibus ei expeditioni Augusto Rege, aliisque viris principibus. In ea reperiunt tormenta ænea 120, mortaria 38, & 100000 libras nitrati pulveris, præter reliquam belli suppellectilem. Dum fervet obsidio Comes de la Motte à Gallis submissus, commeatum Ostendam missum, ut accideret, ad oppidum Tournhut à deducente eum Germano milite sub Ducibus Codogan & Web generosè repellitur, amissis 1000 fauciis 2000, Athum quoque irrito tentant dolo. Bruxellis vero ita excipitur Bavarus, ut Montes celerimè cogatur aufugere, relictis tormentis æneis 12, mortariis 6, amissis militibus 1500. Marleburgus. 2do post die Schaldim transit sine jactura ullius militis, & Gallorum in castris sedem figit, quorum

quorum etiam complures in fuga carpit. Gandavi demum & Brugarum recuperatione hic annus clauditur, & milites in hyberna dimittuntur.

Hamburgi intestinum civium dissidium à Circularibus copiis sopitum, cogiturque urb 2000 peditum, & trecentorum equitum praesidiū admittere.

Compositis ex voto cum Cæsare controversiis Carolus Rex Sueciæ, redit in Poloniā, Stanislaus ibidem firmaturus. Inde in Moscoviam Ezarium si superis placet regno pariter exuturus. 25 Jul. cum Mosco confligit, pari fermè utrumque clade, nisi quod locum prælii obtinuerint Sueci. In Finnia Schlippenbachius à Moscis cæditur, capitürque. Majorem etiam cladem patitur à Generali Baue Moscis imperante Comes de Löwenhaupt, ad Regem cum 15000 properans: ita namque deletus est, ut ipse cum 1000 ægrè evaserit. Suecicus Generalis Lübecker ex Ingermerlandia celeri se fuga proripit, adventantibus Moscis, confossis prius equis, ne hosti cederent. Hæc initia fuere victoriarum Ezarii.

ANNO 1709.

Roma Pontifex 27 Jun. Carolum III. Hispaniarum Regem agnoscit. Mittit quoq; Viennam Nepotem suum ablegatum.

In Pedemontio alter exercitus alterum observando tempus terit. Districtum Vigevano in Ducatu Mediolanensi prætendit Sabaudus: de cuius postulatis ut inquirat, mittitur Mediolanum Episcopus Quinque Ecclesiarum. Itque jam rumor eum Sabaudo deferendum, renovatūmque cum eo triennale contra Gallos fœdus.

In

In Hispania moritur Cardinale Portocarrero, Archiepiscopatum ejus Philippus suæ Factioni vendicat, petitque à Pontifice Carolus suæ Arcem Alicante diu renitentem: 17 Apr. ditione tandem capit Comes de Asfeldt Philippus ut animos suorum sibi conciliet, Gallicum remittit exercitum, militemque Hispanum conscribit. Staurenbergius supremus Caroli Bellidux Balaqueram intercipit, militique in Arragoniæ finibus hyberna designat.

Ulyssipone Rex ex cataphoro pejusculè habet, exercitus mutuis hinc inde excursionibus alter alterum inquietant.

In Germania Cæsareus Generalis de Thüngen diem obit. Generalis de Mercy ad fines Helvetiæ cæditur à Comite de Bourg, amittitque aliquot suorum millia.

In Belgio Gallus pacem petendo, protrahit anni hujus expeditiones. Subscribunt articulis præliminariis Fœderati, vi quorum Philippus omni Hispaniâ cedere, & Rex Galliarum Argentoratum, Dünckercam, aliaque loca intra bimætre tum redire jubetur, tum demoliti: at rescinduntur à Galdis: unde Eugenius cum Marleburgo exercitum cogens, simulansque Gallos probè munitos aggredi Tornacum obsidet 26 Junii, capitque urbem 1. arcem 30 Aug. Inde Montes Hannoniæ discedit, unde cum avertere Fœderatos parant Galli, ad oppidum Bavais rejiciuntur magna utrimque elade. Galli in cæsis & læsis 15000 numerant, & in postremis Villarium supremum exercitus Archistrategum. Germani ad 20000, captis 17 tormentis. Victoriam à Fœderatis stetisse eventus dedit, nam & lo-

& locum prælii diem integrum occuparunt, & Montes post brevem omnino obsidionem subjugarunt, unde exercitus in hyberna dimittitur.


In Moscovia Rex Sueciæ insolentior Czarium throno dum conatur dejicere, omnem propè in prælio ad Pultuam amittit exercitum. Rex ipse vulnerat⁹ cum 15000 sub Generali de Lovenhaupt fuga salutem quærit, quam ipsè quidem invenit cum 600 suorum in arce Furcica Bender; reliqui verò, 9000 Moscorum millibus sub Principe de Gallizin & Generali de Baur insequentibus, sese dedunt. E Generalibus, &c. Suecicis capti Reinschmidt, Lovenhaupt, Stackelberg, Wirtemberg, Piger aliquæ maximo numero, Rex ipse an supersit, sunt qui dubitent.


Usus eâ occasione Augustus Poloniam repetit, & Optimates plerique sua Regi deferunt obsequia.


Rex Daniæ bellum Suecis indicit & in Peninsulam Schonen nemine resistente exponit exercitū.

Pacem Galliæ per necessariam tum ob annonæ, tum ob nervi bellici defectum, in annum tamen sequentem videntur rejicere, spe Fœderatorum per bellum septentrianole distrahendorū, ingemiantibus interim aliis PAX PAX,

& non erat Pax.







P
06

Image
Sculpi.
im.

LDO
1095